¶ Firmianus Lactātius in libꝛis q̄ de natura deoꝝ: dum conſtructionis ciuitatū cauſas emulget ſic ait. fuiſſe olim hoīes vitam degentes ſolitariam: non quideʒ pꝛopter virtutis excellentiam: ſed pꝛopter illius ſeculi ruditatem inſignem. ſic enim nāqꝫ neceſſe erat: quia vt apud Ariſtotelem notum eſt: qui ſingulariter viuit: aut deus: aut beſtia eſt. hi autem cum a beſtijs vꝛgentibus multas moleſtias paterētur viderentqꝫ ſic ſingulariter viuēdo eis obſiſtere nō poſſe: ipſa vexatione intellectū apponente in vnum multi coacti ſunt: vt ſic vnita pluralitas ſingularibus viribus maioꝛ eſſet: politicas cōicationes facere inceperunt: vꝛbes ⁊ oppida atqꝫ viculos extruentes. ſic autem paulíſper ex cōmuni experiētia: quia vt ait Salomon ferrum ferro acuitur: ⁊ amicus exacuit faciem amici ſui. erudita illa quondam indocta ruſticitas: leges ⁊ alia humane cōicationis commoda inuenerunt. iſte autem conditionis ciuitatū cauſam reddit: tempoꝛa aūt non deſignat.

60 oies vexatiōe ſtiaꝝ coacti ſē ppida ⁊ vꝛbes ndere vt alius um cōmodiuſ iuuaret.

Tullius aūt lib. 1. rethoꝛice veteris in ꝓhemio vbi de virtutibus: atqꝫ laudibus eloquentie late: agit tantas dicit eloquentie vires vt per eam ſecula conciliata fuerint. ſ. ꝙ cum in antiquis ſeculis homines ſine vlla cōmunione ſine vllo federe vitam ſolitariam agerent: aliquis cui natura parens ingenium altum: ⁊ ingenio accōmodata verba tribuerat: rude illud ſeculum: ⁊ nimis barbaras gentes eloquentie viribus ad cōmunicationem politicam inuitauit. Ecce enim lʒ omnes iſti veriſimilia dicant: vera tamen nō pꝛoferunt.

61 Cicero ī arte re oꝛica in pꝛobe io eloquentiā cauſaʒ fuiſſe biū cōdēdaꝝ.

Determinatio auctoꝛis ⁊ veri s qōnis.

¶ Ego autem ſacre ſcripture ſecutus veſtigia huius qōnis veritatem breuiſſime explicabo. Cum enim pꝛimum parentem deus foꝛmaſſet de limo vt ſacra geneſis hiſtoꝛia ꝓfitetur: eūqꝫ in paradiſi delitijs collocaſſet: ille pꝛotinus felicitatem paradiſi ſua infidelitate demeritus per longa terrarum ſpatia ab illis beatiſ ſedibus exulauit. cūqꝫ cum vxoꝛe ſua: vt Joſephus antiquitatum lib. 1. refert: ⁊ ceteri doctoꝛes cronographiqꝫ cōſentiunt: in terra q̃ poſtea chanaā ſiue paleſtina: aut vulgarioꝛi noīe iudea dicta eſt: in parte terre vbi poſtea hebꝛon ciuitas cōſtructa eſt que per octo leucas diſtat ab vꝛbe hieruſalem: vt patet in lib. de diſcretione terre ſancte deus collocauit. vbi cum ſua poſteritate ſatis miſerabiliter ſceleris ſui cōſcius eiuſqꝫ penas luens vſqꝫ ad moꝛteʒ vixit. huius rei teſtis eſt vallis quedam magna apud hebꝛon q̃ ab antiquiſſimis ſeculis vſqꝫ in hodiernum diem vallis lachꝛymarum ab incolis appellatur: eo ꝙ ibi adam pꝛimus ille parens defunctuʒ vel potius occiſum filiū ſuum abel centuʒ annis inconſolabiliter planxerit. Et ne quiſq̃ calūnietur hec apocripha eſſe: ⁊ nolle aium ſuum apocriphis accōmodare ſentētijs: accipiat aliud firmius teſtimonium de ipſius ſacre ſcripture veritate pꝛolatum: que clariſſime adam pꝛimum hoīem in ciuitate hebꝛon ſepultum dicit vt patet Joſue. 14. c. in fine cum dicitur. nomē hebꝛon ante vocabatur chariathbarbe: adā maximus ibi inter enachim ſitus eſt. ¶ Hec ēt ē cauſa quare hebꝛon chariathbarbe dicta ſit. i. ciuitas quatuoꝛ viroꝝ vt lr̃a Joſue aliqualiter: ⁊ ex parte innuit ꝙ ibi. 4. patriarche ſepulti ſunt. ſ. adam pꝛimus: ⁊ Abꝛaam: Iſaac: ⁊ Jacob. ſi ergo ibi adam ſepultus eſt ibi etiam vixiſſe ſatis liquet: quia gentes illius pꝛime etatis varia loca non diſcurrebant: nec maria factis ratibus perſaltabant vt ait Seneca in tragedia ſeptima cuius titulus eſt medea in carmine. 4. quod incipit. audax nimiuʒ qui freta pꝛimus. ⁊ Boetius de conſo. lib. .2. metro. 5. ſic ait. nec mercibus vndiqꝫ lectis noua littoꝛa viderat hoſpes. de quo Ouidius metamoꝛphoſeos libꝛo pꝛimo ſic ait.

62 dā de paradi o terreſtri eie tus in iudeam ranſlatus eſt.

63 Vallis iuxta he ron lachꝛymaꝝ icta eſt ꝙ ibi bel interēptum dā centū annis eploꝛauit.

64 Adā ſepultuſ eſt n hebꝛon.

Nondum ceſa ſuis pererginum vt viſeret oꝛbem.
Montibus in liquidas pinus deſcenderat vndas.
Nullaqꝫ moꝛtales pꝛeter ſua littoꝛa noꝛant.

¶ Iſte autē adam ab illa felici ciuitate dei exul in hac erumnoſa lamentabiliqꝫ tellure: illius quā perdiderat beatiſſime ciuitatis memoꝛiam ſemper agens caducaʒ vꝛbem conſtruere non curauit. ¶ Cum autē eſſet adā annoꝛuʒ. 130. vt ait Methodius martyr q̄ ſecula per millenarios ſcripſit: ⁊ conſonat tranſlationi interpꝛetum. 70. Cain abel fratrem ſuum inuidia motus occidit. quod tamen littera hebꝛaica: ⁊ tranſlatio Hieronymi que paucioꝛes annos ponit: ante annum. 130 vite ade factum eſſe aſſeuerat. nam anno. 130. adam filiuʒ ſuuʒ ſeth genuit vt patet Geneſis. c. 4. quod tamen poſt moꝛtem abel factū eē ſcriptura denuntiat. nam ⁊ ipſe adam cum genuiſſet filium ſuuʒ ſeth: ⁊ ei nomen impoſuiſſet: reddens nominis impoſiti rationem dixit. poſuit mihi deus ſemē aliud pꝛo abel quem occidit cain.

65 Cain interfecit abel frēʒ anteq̃ adā haberet centum triginta annos.

¶ Eo autem tempoꝛe Cain in pena ſceleris ſui vagus atqꝫ inſtabilis: ⁊ tremens factus oculis parētis ſui cōparere non audens: accepta clam vxoꝛe ſua calmana q̃ pariter ſoꝛoꝛ erat vt illius tempoꝛis neceſſitas exigebat. egreſſus a facie domini: vt ſcriptura geneſis ait: ꝓrexit in terram oꝛientalem. ⁊ tunc ſequitur ibidem textus. cognouit autem Cain vxoꝛem ſuam: que concepit ⁊ peperit enoch: ⁊ edificauit ciuitatē: vocauitqꝫ nomē eius ex nomine filij ſui enoch. Ecce enim veriſſime pꝛima oꝛbis ciuitas que a ſecundo homine facta eſt. Et recte quidem: nec ſine myſterio factuʒ eſt vt inquit Aug. 15. de ciuitate dei. ¶ Due enim ciuitates ſunt. quaruʒ vna ciuitas dei: alia autem ciuitas demonis dicta eſt. Que due ſimul inceperunt ſimulqꝫ percurrunt: vtraqꝫ in perpetuum duratura. ciuitas aūt diaboli in hoc labenti ſeculo bonum ſuum habet: poſt vero ſola ei ſupplicia manent: ideo cōueniens fuit vt ipſe qui inter homines pꝛim⁹ ciuitatis diaboli caput extabat pꝛimam in terris conderet ciuitatem. quod quidē de Cain pꝛoculdubio dixerim. ipſe namqꝫ eſt qui inter homines pꝛimus gehenne incendijs cum diabolo ⁊ angelis eiuſ deputatus eſt. recte ergo iſte pꝛimus condidit ciuitatē.

66 Ciuitas pꝛima edificata ē a caī ſecūdo hoie mūdi ⁊ habuit noīē enoch.

67 Cain pꝛimus deputatus ē ad gehennam.

Q̃q̃ de hac ciuitate quomodo conſtrui potuerit: cum ſolus cain cum filio ſuo enoch extarent cū nullos alioſ vſqꝫ ad illud tēpoꝛis expꝛimat ſcriptura. ⁊ dato ꝙ poſſet: ad quid conſtructa fuiſſet cum ciuitas multoꝛum ciuium ſit incolatus: alia ſatis magna difficultas eſt. de qua alibi dixiſſe ſufficiat. hanc enim late diſputat Auguſtinus decimoquinto de ciuitate dei. ¶ In illa autem pꝛima etate que ſm computationem littere hebꝛaice quam biblia noſtra tenet: habuit annos mille ſexcentos quinquagintaquatuoꝛ. ſm vero ſeptuaginta interpꝛetes longe plures ſcilicet duo milia ⁊ ducentos ⁊ quinquagintaduos nullam aliam fuiſſe ciuitateʒ nec legitur nec creditur: quia ſucceſſio ciuitatis dei que per lineam ſeth ab adam texebatur: tanq̃ in terra hac peregrina luteam ciuitatem conſtruere noluit. ¶ In ſecunda autem etate que poſt diluuium ſecuta eſt cum cepiſſent homines multiplicari: quaſi centum annis poſt diluuium: videntes ſedes illas in quibus eatenus poſt diluuium manſerant eſſe habitationi eoꝛuʒ incōgruas. ſ. ipſam terram ſitam inter montes armenie ſiue ararath: vt nominat ſcriptura. quia aſperrimo ſitu montuoſa eſt: venerunt ait ſcriptura a parte oꝛientali: ſcilicet per latus montis caucaſi: qui in latere ſeptentrionali oꝛbis eſt: que tota terra nunc parthia ⁊ aretuſia: ⁊ aſſyria: atqꝫ media dicitur: tota montibus

68 Etas pꝛīa mūdi que iuxta hebꝛeos mille ſexcētoſ quinquagintaq̃tuoꝛ ānos: iuxta .70. interpꝛetes duo milia ⁊ ducentos quinquaginta duos vnaʒ ciuitatem habuit tantum.

Scda etas.

69
Etate mūdi ſcda
centuꝫ ānis poſt
diluuiū ceperunt
fieri lateres cocti
in terra ſennaar.

70
Turris babel nō
facta ē ad aſcēdē
dum in celum.

71
Nemroth aſtro
logie ⁊ geōetrie
repertoꝛ fuit.

72

73
Nemroth cū eēt
pħus nozat i me
dio aeris interſti
tio neminē viue
re p̄ frigoꝛ.i phe
ra ignis neminē
pꝛe ardoꝛe.
Gigantes.

74
Gigātum fabula
iouē e celo detru
dere in theſſalia
conatoꝛum.

aſperis eleuata: cūqꝫ multuꝫ proceſſiſſent inuenerunt
campuꝫ.i.terraꝫ planā in terra ſennaar ⁊ habitauerūt
in eo. de quo Gen. 11.c. ⁊ tunc dixit alter ad alterū: ve
nite faciamus lateres: ⁊ coq̄mus eos igni: habueruntqꝫ
lateres pro ſaxis: ⁊ bitumē pro cemēto: ⁊ dixerunt ve
nite faciamus nobis ciuitateꝫ ⁊ turrim: cuius cacumē
pertingat in celum: ⁊ celebꝛemus nomen nr̄um anteq̄ꝫ
diuidamur in diuerſas terras. nec enim iſta turris ad
aſcendendum in celum facta eſt: vt quidam inſcij arbi
trantur. nā huius ciuitatis ⁊ turris conditoꝛ pꝛecipuus
nemroth fuit q̄ poſtea ibi regnauit. hic autem vt Jo
ſephus in. 1. lib. antiqui. teſtatur: ⁊ Euſebius ceſariēſis
atqꝫ Lucas tudeñ. in chꝛonicis ſuis aſtrologie reptoꝛ
⁊ geometrie fuit: ⁊ in naturalibus magnus. cum ergo
aſtrologice cognoſceret celum pꝛimum valde diſtare a
terra: ita vt impoſſibile eſſet cunctis moꝛtalibus turreꝫ
illuc accedētem cōſtruere. nam ⁊ tota ipſa terra in vnū
aggereꝫ accutiſſimum conglobata atqꝫ in modum tur
ris extenta a centro terre vſqꝫ ad celum lune minime
pertingeret. ¶ Item quia ſciebat naturaliter aeris in
terſtitium medium ita frigidiſſimuꝫ eſſe vt nihil in eo
viuere poſſit. quo modo ergo edificarent quādo illuc
peruenirent? ¶ Item ſciebant ſpheram ignis oꝛicu
lariter extenſam eſſe anteq̄ꝫ veniat ad celum: quomō
ergo per eam tranſire poſſent: aut qōq̄ꝫ cōſtruere? nul
lo vnq̄ꝫ modo talis amētia: caput ipſius nemroth edi
ficatoꝝ pꝛincipis aſcenderet. ¶ Nec quiſqꝫ in hac par
te ſe tueri poteſt ea fabula que dr̄ gigantes cum dijs ce
leſtib⁹ decertaſſe vt eos a celo excluderēt. de quo Oui.
meta. libꝛ. 1. que fabula apud omnes tam hiſtoꝛicos q̄ꝫ
poetas q̄ꝫ vulgatiſſima eſt. ¶ Naꝫ oꝛdo hipſius fabu
le iſtoꝝ intentioni repugnat. nō enim turrem aut ciui
tatem iſti conſtruxiſſe feruntur: ſed montes montibus
ſuperpoſuiſſe: ita vt ſuper montem pelion: mons oſſa
poſitus eſſet: ⁊ ſup hunc mons Olympus: deinde emuꝫ
ceteroſqꝫ theſſalie montes ſuperponere laboꝛarent ni
ſi eos omnipotēs pꝛinceps ille deoꝝ miſſo fulmine de
ieciſſet. de quo Ouidius vbi ſupꝛa ſic ait.

Affectaſſe ferunt regnum celeſte gigantes.
Altaqꝫ congeſtos ſtruxiſſe ad ſydera montes.
Sed pater omnipotens miſſo perfregit Olympum.
Fulmine: ⁊ excuſſit ſubiectum pelion oſſe.

¶ Item diſſonant iſta duo facta. nā turris ⁊ ciuitas ba
bylon in caldea que pars aſie maioꝛis ē cōſtructa fuit.
Fabuloſum autem bellum gigantuꝫ: quod bellū quod
dam verum illis tempoꝛibus factum gerit. ſub coꝛtice
in theſſalia que nūc theſſalonica: ſiue ſalonica dicitur: ⁊
pars grecie ē accidit. Cauſa ergo veriſſima huius tur
ris magne ſm ꝙ in lr̄a Gen. 11.c. expꝛimitur fuit quia
homines iam multiplicati in diuerſas oꝛbis partes di
ſcedere moliebantur: vt aliquid magnum atqꝫ admi
rabile maneret quod totum genus feciſſet humanum:
turrim illam magnam ⁊ ciuitatem foꝛtiſſimam facere
inceperunt. ⁊ iſta quidem intentio ſatis honeſta vide
batur ſaltem in coꝛtice. vt dato ꝙ poſtea multa opera
ab hominibus fierent. nullum tamen ita excellens eēt:
ſicut illud quod totū genus ſimul cōdidiſſet humanuꝫ.
¶ Quod clare lr̄a nr̄a innuit dicens. venite faciamus
nobis ciuitateꝫ ⁊ turrim: cuius culmē ꝑtingat ad celū:
⁊ celebꝛemus nomē nr̄um. i. faciamus illā famoſaꝫ an
teq̄ꝫ diuidamur in terras. ¶ Aliter auteꝫ habet hic lr̄a
hebꝛaica. ſ. celebꝛemus nomē nr̄um: ne diuidamur in
terras. quod quidem aliam longe diſtantem ſniam fa
cit. ſ. ꝙ homines illius tempoꝛis volebant ſimul moꝛa
ris quia cognati erant: ⁊ ex ſimilitudine ſpēi ſe dilige
gebant: ⁊ ad hoc elegerūt terrā ſennaar: que valde pla
na ⁊ campeſtris eſt: vt omnes ibi caperētur. ⁊ quia cō
tingeret: immo neceſſe eſſet ex aliquibus cauſis homi
nes recedere ab illo loco habitationis ad aliquas alias
partes terre. ⁊ quia terra inuia eſſet vtpote in alijs lo
cis nō habitata neſcirent regredi ad locum habitatio
nis hominū voluerunt ergo facere quādam turrim q̄
ad celum pertingeret. i. que eſſet altiſſima ſaltem ꝑtin
gens vſqꝫ ad nubes: ⁊ hec altitudine ſua ⁊ latitudine
vbiqꝫ. ſ. in partibus terre ſatis diſtantibus videri poſ
ſet: ideo homines videntes illam: quantūcunqꝫ a loco

75
Quare turris ba
bylonie condita
fuit: nā vt apppa
reret aliqō igēs
edificium a toto
humano gñe cō
ditū ante eius di
ſperſionem.

76
Turris babel iux
ta lr̄am hebꝛeam
cōdita ē vt hoies
cupientes ſimul
manere: ſiqñ ad
inuia receſſiſſent
videntes eius al
titudinē ſcirēt re
uerti.

cōis habitationis diſtantes redire poſſent: ⁊ nō perde
rentur locoꝝ receſſibus. ⁊ hoc ſonat lr̄a: cum dicit cele
bꝛemus nomen nr̄um. i. faciamus aliquid famoſum. ſ.
ꝙ iſta turris ita alta ſit: ꝙ vbicūqꝫ ſint hoies ſciunt hūc
locū cōis habitationis hoium: ⁊ hoc eſt nomen loci eē
celebꝛe ſiue famoſuꝫ. ne diſpergamur in terras. i. ꝙ iſta
tanta turris altitudo facta fuit vt hoies nō diſpergerē
tur: qꝛ ſi recederēt a loco illo cōis habitationis ſi nihil
eſſet per quod reducerentur neſcirent redire. ⁊ ſi diſp
gerentur per terras exiſtente autem turre ita altiſſima
viderent eam vbiqꝫ: ⁊ ſic nō diſpergerentur ꝑ terras.
¶ Eſt autē vt arbitroꝛ iſta lr̄a hebꝛaica cōuenientioꝛ:
q̄ꝫ lr̄a nr̄a. quia exiſtente lr̄a nr̄a nō videtur rō quare
deus moueri debuerit rōnabiliter contra edificantes
talē turrim. exiſtente autē lr̄a iſta hebꝛaica quā nūc ſe
cutus ſum: cōuenienter motus fuit deus ad puniendūꝫ
iſtos deſtruendo eoꝝ edificationem. nam ſi turrem: vt
ipſi volebant cōſtruxiſſent altiſſimā ⁊ vꝛbē: oēs gen
tes ibi habitaſſent. deus autem hoc noluit. multa. n. in
uenientia ex hoc ſecuta fuiſſent. etiam ꝙ ibi vnitas hu
mane lingue que ab humani generis exoꝛdio extiterat
deſtructa fuit: ſaluberrimuꝫ humano gñi fuit. de q̄bus
oībus alibi ſatis late dixiſſe ſufficiat. ¶ Hec ergo eſt il
la magna babylon ſecūda totius oꝛbis in pꝛioꝛitate e
dificationis: ⁊ in ſcda etate pꝛima. que ideo ceteris to
tius oꝛbis ciuitatibus excellentioꝛ fuit qꝛ totum genus
humanū ad eam cōſtruendam cōuenit. poſt hanc vero
creberrime in oꝛbe ciuitates condite ſunt de q̄bus pꝛo
poſiti nr̄i diſſerere non eſt. de ciuitatibus autem tanta
dicta ſint vt eaꝝ vera pateſiat oꝛigo.
¶ Aſſumpti paraſi neceſſitas exigit diſſeri q̄d ſit ciuis:
⁊ q̄d ciuitas: ⁊ vtꝝ ciuitas monarchica: ⁊ ariſtocratica:
⁊ oligarchica: ⁊ timocratica: ⁊ democratica i ſpē idē ſit:
vtrū quēlibet ciuem fieri contingat ſm quālibet poli
tiam: ⁊ quid ad hoc ꝙ quiſpiam ciuis ſit requiratur: ⁊
quod ſit optimū genus ciuitatis. multa quoqꝫ in hunc
modum: que vt in pꝛimo libꝛo Eneidos iuxta virgiliū
eneas ait: foꝛte olim meminiſſe iuuabit. ¶ Quoniā
Ariſtoteles in. 2. politicoꝝ vbi paraſum iſtum locat fa
cit eum introductoꝛiū ad politiam Socratis ⁊ platōis
in qua ſtatuebatur vxoꝛum poſſeſſionūqꝫ cōitas: nos
quoqꝫ cōfoꝛmiter ad huius paraſi declarationem de
vxoꝛum cōitate pꝛimo queſtionē ventilabimus. ſ. vtrū
vxoꝛum pluralitas in politia ſocratis ⁊ platōis iuſtum
quicq̄ꝫ ſtatuit vel ſit extra terminos rationis. Intentus
qōnis vtrū politia ſocratis ⁊ platōis que cōſtituit vxo
rum cōitatem contineat aliquid iuſtum vel non. ¶ Et
arguitur pꝛimo ꝙ contineat aliquod iuſtum: ⁊ ſic illa
politia ſiue politicus oꝛdo rectus eſt: qui reducit ciuita
tem ad maximā vnitatem. ſed cōitas vxoꝝ ⁊ filioꝝ fa
cit ciuitatem maxime eſſe vnam ergo eſt recta. Maioꝛ
pꝫ quia ciuitates ⁊ quelibet alie res: dum magis vni
antur magis ſunt ens: ⁊ magis ſtabiles. nam regnū in
ſeipſum diuiſum deſolabitur: ⁊ domus ſupꝛa domum
cadet iuxta verbuꝫ ſaluatoꝛis vt pꝫ Math. 12.c. ⁊ ibi
dem. omnis ciuitas vel domus contra ſe diuiſa nō ſta
bit. ⁊ Boe. de conſola. lib. 3. pꝛoſa. 10. ꝓbat ens ⁊ vnū
eſſe idem: ⁊ dum aliquid magis accedit ad naturā vni
tatis magis accedere ad naturaꝫ entitatis. ¶ Minoꝛ
. ſ. ꝙ cōitas vxoꝛum faciat magnaꝫ vnitateꝫ quia ſi eſt
cōitas vxoꝛum: omnes vxoꝛes oium erunt vxoꝛes vni
us viri: ⁊ oēs viri erūt mariti vnius cuiuſlibet vxoꝛis.
⁊ ſic tota ciuitas quātacunqꝫ ſit erit quaſi vna domus
. ſ. ſicut vnus vir ⁊ vna vxoꝛ. ¶ Item ille oꝛdo politic⁹
eſt valde iuſtus qui conſtituit magnum amoꝛem in ci
uitatibus. ſed cōitas vxoꝝ ⁊ filioꝝ magnum amoꝛem
cōſtituit in ciuitatibus. ergo talis politia ē valde iuſta.
¶ Maioꝛ patet quia ciuitas conſiſtit in quadā cōica
tione que maxime durat qñ maioꝛ amoꝛ eſt. ſic. n. ait
Ariſt. 8. ethic. ꝙ conditoꝛes politiaꝝ magis curant de
amicitia q̄ꝫ de iuſtitia: qꝛ exiſtente iuſtitia adhuc opus
eſt amicitia. exiſtēte autē amicitia nō eſt opus iuſtitia.
Minoꝛ. ſ. ꝙ cōitas viroꝝ ⁊ filioꝝ cōſtituat amoꝛē ma
gnum in ciuitate pꝫ: qꝛ ſicut inter pꝛēm ⁊ filiū: ⁊ mr̄eꝫ
⁊ filiam: vxoꝛem ⁊ virum eſt quidam gradus amoꝛis
excellens omnes alios gradus amoꝛis: ita erit in tota

77
Hebꝛaica lr̄a me
lioꝛ eſt q̄ꝫ latina.

De his late loq̄t
abuleñ. in Gen. c.
11.

78
Babylon fuit. 2.
ciuitas condita a
toto hūano gñe
⁊ pꝛima ſcōe eta
tis mūdi.

Qō de vxoꝝ cō
munitate.

79
Ciuitas quanto
magis vnita tan
to ſtabilioꝛ eſt.

80
81
Politia platōis
ponit oēs hoies
maritos vnius
vxoꝛis ⁊ oēs mu
lieres vxoꝛes
vnius viri.

82
Rō. 2. ꝓ politia
platonis ꝓbans
eā melioꝛē quia
maioꝛi amoꝛe ci
ues cōglutinat
inter ſe.

83
Amicitia exiſten
te nō eſt opus iu
ſtitia ⁊ nō eō.

83 vide Pla. timeo i pñci.

ciuitate talis excellens gradus amoris:quia omnes diligent minores ſe vt filios cum quilibet quelibet vt filium habere poſſit:quem tantuꝫ in etate excedat: vt ſm naturam eius filius eſſe poſſet.etiam quia omnes femine diligent omnes viros vt maritos: ⁊ omnes viri diligent omnes feminas de ciuitate tanqꝫ vxores ſuas.

84 ...ꝙ politiam ...it. qr ex hac ...tia ⁊ cõitate ...ſequit i ciuitate diſcordia.

¶ In contrarium videtur ꝙ iſte politicus ordo nõ ſit conueniens:quia illa politia que ſtatuit in ciuitate maximas inimicitias eſt valde mala. ſed per talẽ cõmunicationem vxorum fiunt in ciuitate maxime diſcordie. ergo politia in qua vxores ſtatuunt cõmunes peſſima eſt.maior patet quia ciuilis cõmunitas pacem deſiderat: ⁊ pace conſeruatur. per ſeditiones vero ſubito perit.minor:per cõmunicationẽ vxoruꝫ fit in ciuitate ſeditio. patet:quia aliqua femina eẽt ceteris pulcrior quaꝫ multi ſimul peterent: ⁊ ſic ſeditiones mutue inexorabiles naſcerent. ¶ Ad declarationẽ lucidioreꝫ queſtionis apponent alique cõcluſiones: quaꝝ prima ſit.

85 ...ia cõclo prin...alis.

¶ Legiſlator volens cõdere aliquã politiam nõ debet ponere optimas leges nec optimaꝫ politiam. Pro quo ſciendum ꝙ differunt politia ⁊ lex. nam politia eſt quidam ordo ſm quem debent conuenire ciues ad conſtituendam ciuitatem.lex dicitur eſſe quedam regula que imponitur ipſis iam exiſtentibus ciuibus: vtpote ſi aliqui conuenire debent ad conſtituendam aliquam ciuitatem: neceſſe eſt vt primo qꝫ conueniant habeãt inter ſe quendam ordinem.ſ. vel ꝙ conſtituãt ſuper ſe vnuꝫ qui ſemper preſit: aut ꝙ oẽs per tempora equalia preſint:aut ꝙ virtuoſi preſint: vel illi qui reliquis potentiores ſunt: ⁊ ſic de alijs modis. ¶ Iſta autẽ talis ordinatio neceſſaria eſt eis anteqꝫ conueniant ad aliquid conſtituendum.nec eſt poſſibile vllo modo fieri ciuitatem niſi talis interueniat a principio. Nam ſicut in naturalibus forma neceſſario precedit compoſitum ſine qua impoſſibile eſt aliquod compoſitum eſſe. Ita in politicis neceſſe eſt quandam precedere formaꝫ:que efficiat vnam ciuitatem.nam ſi inter multos homines non ſit aliqua coordinatio ad inuiceꝫ:nullo modo facient vnã ciuitatem:aut quid vnum:cum ipſi ſint naturaliter multi.hec autem coordinatio politia ſiue politeia nuncupatur. ¶ Lex autem eſt quoddam ius conſtitutuꝫ ſuperueniens ciuitati iam condite conſiſtente politia. ¶ Habet iſta cõcluſio duas partes.prima eſt: ꝙ legiſlator cõſtituens ciuitatem non debet inquirere optimam politiam.quod probatur quia politiaruꝫ quedã bone ſunt: quedam vero male ⁊ vitiate: vt ait phus in.3.politic. bone ſunt tres.ſ.monarchica regalis: ⁊ ariſtocratica: ⁊ timocratica. Tres alie vitiate ſunt.monarchica tyrannica: ⁊ oligarchica ⁊ democratica. Monarchica regalis dicit cuꝫ vnus dominatur politie: ⁊ ille rex eſt:qui principatus ab vnitate principis monarchia grece dictus eſt. Ariſtocratica politia eſt illa in qua principatuſ eſt ariſtotiticus.i. virtuoſus.ſ. ſm graduꝫ virtutis. ita ꝙ ſit aliquis populus ſic ordinatus: vt in eo principes eligantur ſm virtutem : ita ꝙ qui magis virtuoſus eſt quantum ad regimen politicuꝫ magis regat : qui auteꝫ minus virtuoſus eſt : minori preficiatur principatui ⁊ iſti principes multi ſint. ſic enim ẽ pñcipatus inter viꝝ ⁊ vxorem. vir enim quia virtuoſus eſt ſm naturam.i. prudentior ad regendum: totius domus ſumma ei regenda comittitur. vxor autem quia naturaliter non eſt ita prudens:ſuſcipit res minores regendas. ¶ Tertiuſ principatus timocraticus dicitur:ſiue politia timocratica: ⁊ eſt vt ait phuſ media inter politiam oligarchicã ⁊ democraticaꝫ: cum ſit principatus in hominibus medijs qui nec pauperes ſunt:nec valde potentes ⁊ diuites de quo Ariſt.in.4.poli.c.9. ¶ Alie tres ſunt vitiate: vt patet quia ſunt contrarie tribus rectis politijs.

86 ...ẽ dĩa ſit iter ...litiã ⁊ legem.

87 ...ma nãlr precedit cõpoſitũ.

88 ...itatiſ coordinatio q̃ politia ẽ ...cit vnitateꝫ ciuitatis.

89 ...egiſ diffinitio. ...uiſio concl̃o.

90 Politie bõe treſ ſt monarchica regia:ariſtocratia ⁊ timocratica:relique male.

91 Ariſtocratica politia ẽ cũ plures diantur ⁊ dñiant ſm graduꝫ virtutis maiora vel minora

92 Politia timocratica cuꝫ neqꝫ potẽteſ neqꝫ pauperes impitant ſ medij. de quo phus.4.poli.c.9

93

¶ Prima eſt monarchica tyrannica in qua vnus pñcipatur nõ ſequens iuſtas leges:ſed quicquid vult: lex eſt: vel quia nõ intendit vtilitati politice:aut quia dñatur contra voluntatem ſubditorum.de qua in. 3.et. 4. politi.

94

¶ Secunda eſt oligarchica in qua dominantur aliqui ſolũ:quia potentes ſunt:aut diuites ſunt.de qua in.4.poli.c.5.

95

¶ Tertia eſt democratica: ⁊ hoc quãdo populus totus imperat ſiue pauperes ſiue ſimplices: ⁊ quicunqꝫ. ⁊ hoc ſiue ſũma principatus conſiſtat apud omnes ſimul ſiue per ſortes aut tempora omnes de populo principentur.de qua in.2.politicoruꝫ.c.3.et in.4. lib.c.5.cuius multe ſpecies ſunt.

96 Mõarchica regalis optima eſt oĩuꝫ gubernationũ ob euitatiõeꝫ diſcordie ⁊ quia magis aſſimilatur pñcipatui nature.

¶ Inter has autẽ politias optima eſt ſm ſe monarchica regalis: quia non eſt diſcordia in vno principante ſicut in multis.etiã qa principatus ille politicus eſt melior qui magiſ aſſimiletur nature principatui. ſed principatus monarchicus magis aſſimilatur principatui nature.ergo melior eſt. nam principatus ſm ordinem nature eſt eo ꝙ ille nũqꝫ errat:nec vſqꝫ nũc errauit. ⁊ qr vt ait Ariſtoteleſ i.12. meta.entia nolũt male diſponi.i. res naturales nolunt male eis dñari:idõ neccio dandus eſt optimus principatus inter res naturales. ⁊ ſic dicunt phi ꝙ non poteſt mũdus melius regi qꝫ regitur: ⁊ concludit ibidẽ phus in vltima ꝓpoſitione.12.met.mala enim eſt pluralitaſ principum:bonus ergo vnus princeps.

97 Pricipatuũ pluralitas ex. 12. meta.mala eſt.

Iſte tamẽ principatus monarchicus qui optimus eſt:nõ conuenit politie:quia difficile eſt omnia cõmittere vni viro vt ait Ariſtoteles in fine.3.poli.maxime quando iſti viri nõ aſſumuntur per electionem: ſed ex ſucceſſionibus accipitur. ⁊ ſic interdum peſſimum virum regnare contingit: ⁊ deſtruere politias. volũtas enim humana malus canon eſt. vt ait phus.9.ethi.ideo Ariſto. nullo modo vellet politias regales eſſe: quia valde periculoſe : ſed quendam alium modum habere principatus vt patet in.3.poli.c.vltimo.

98 Principat⁹ monarchicus lꝫ ſit optim⁹ difficilis tñ ẽ cũ nõ ſit per electionẽ ſed per ſucceſſionem.

¶ Poſt hunc principatũ optimus eſt ariſtocraticus qui eſt ſm virtutem: ſed nimis ſeditioſus eſt.nam cum hic ſiat electio ſm virtutem:illi qui eliguntur in principes approbantur a populo tãqꝫ meliores: ⁊ ille qui ad maximum principatum eligitur: vt melior omnibus alijs tam principibus qꝫ nõ principibus habet. ⁊ tunc potenteſ illi qui nõ ita virtuoſi ſunt: ⁊ nõ eligunt ad principatus: vidẽteſ alioſ valde minores in potẽtia pferri ſibi in dignitate: ⁊ tanqꝫ melioreſ reputari liuore ſtimulati concitant ſeditiones ⁊ faciũt diſſenſiones a politia.iſte ergo principatus ſecuruſ nõ eſt. Eodẽ mõ quaſi cõcludit Ariſt. de timocratico principatu qui eſt tertius in bonis.

99 Pricipat⁹ ariſtocratic⁹ dẽptomonarchico regio ẽ optimuſ cũ in eo impent ꝟtuoſi.

100 Ariſtocratica politia lꝫ minus ſeditioſa ſit ſeditioſa tñ eſt.

101

¶ Manent g̃ tres politie vitiate.ſ.tyrannica:oligarchica: ⁊ democratica. de his autem tertiam.ſ.democraticã dicit eſſe conuenientem ciuitatibus:quia iſta ſeditioſa nõ eſt cum apud totum pplm maneat principatus: ⁊ oẽs equaliter dñent. hanc ergo concludit Ariſt.in.3.poli.eſſe meliorẽ ciuitatibus lꝫ ipſa ſm ſe vitiata ſit : cum in ea efficiant principes illi qui indocti ſunt: ⁊ naturaliter apti ad ſeruiendum. volens ergo cõſtituere ciuitatẽ:nõ debet optimã eligere politiam.

102 Politia democratica de trib⁹ vitioſis cõueniens eſt cum ppl̃s imperet.

Scđa concl̃o de legibus.

Nõ q̃re non dẽt eligere optimaꝫ politiã ẽ qr optima ẽ monarchica ⁊ illa nõ ẽ cõueniens vt dixit.

¶ Scđa pars erat: ꝙ nõ debet legiſlator ponere optimam legem. ⁊ patet quia ſicut.ſe habet politia:ita ſe habent leges . nam nõ conueniunt eedem leges in monarchia : ⁊ ariſtocratia: ⁊ ſic de ceteris politijs:ſed optime politie cõueniunt optime legeſ: ⁊ peſſime leges peſſime politie que eſt tyrannica.leges optime que ſunt regales vel ariſtocratice deſtruerent politiam:nec eſſet conueniens legiſlator.ſed optimam politiã nõ debet eligere ille qui cõdit ciuitatẽ.ergo nec debet eligere ille optimas leges.ſed ſicut debet eligere politiam conuenientẽ huic pplo:etiam ſi illa nõ ſit bona ſm ſe: ita debet eligerere leges cõuenientes illi populo ⁊ politie:que nõ ſunt bone ſm ſe.i.totalr.

103 Legeſ acõmodãde ſunt politie ⁊ politia accõmodãda ẽ populo.

104

¶ Pꝫ autem hoc in naturalibus.ſi.n.medicus daret cibũ aut potum egrotanti: nunqꝫ deberet dare cibũ qui ſm ſe ẽ ſanus: ſed cibum ⁊ potum qui illi egrotanti eſt ſanus.

105

nã cibus eſt ſimpliciter ſanus q eſt cõueniens corpib⁹ ſimpliciter ſanis:ſicut ille cibus ẽ delectabilis: q eſt delectabilis guſtui bene diſpoſito. ſed corpa egrotantiuꝫ nõ ſunt ſimpliciter ſana. ergo impoſſibile eſt cõuenire eis ſimpliciter ſanos cibos:ſed eos qui ſunt ſanos ſibi vel ſm qd.

106

107 Siĩitudo ſũpta a nutrimẽto pueroꝝ ad leges.

¶ Itẽ ſiquis pueros teneros educaret: vt eos pulchros: ⁊ corpulẽtos efficeret:nõ deberet eis dare cibum qui eſt nutritiuus ſimpliciter : ſed qui eſt nutritiuus illorum.nam cibus nutritiuus ſimpliciter:non eſſet nutritiuus puerorum tenerorum:cum eſſet eis adhuc indigeſtibilis.debet ergo legiſlator conſiderare in dando leges ꝙ non det optimam legeꝫ ſimpliciter:ſed optimam illi politie. nam forte ille populus cui datur

108 Lex pfectiſſima

nō data eſt pplo imperfecto.

lex erit imperfectus: ⁊ nō poterit tolerare legeȝ perfectiſſimam. ſi.n. exquirant̃ legiſlationes humane quotquot ab exordijs ciuitatum date ſunt: nō reperietur aliqua bona ſimpliciter. i. que contineat omnia que contitinet ſimpliciter bona: ⁊ in nullo deuiet ad aliquid qđ in ſe maluȝ eſt: ⁊ contineat aliquem defectum. Nec eſt hoc ex ignorantia legiſlatoris: quia ſic ex induſtria factum eſt. Nec etiam vocabūtur male leges ꝓpter hoc: ſed conuenientiſſime: quia cōueniunt fini ⁊ ſtatui politico. immo ſiquis vellet tollere omnes defectus leguȝ faciēdo eas optimas ſimpliciter faceret eas peſſimas: ⁊ nullo modo cōuenientes politie cui dabat eas. Sola lex euangelica ē ſimpliciter bona que oīa mala ꝓhibet ⁊ ad actum oīs virtutis incitat ſi ḡ aliqs vellet ponere optimā legē alicui politie imponeret ei legē euāgelicā ⁊ vetaret oīa mala. ſ. meretrices: ⁊ ſimilia. ſȝ hoc erat deſtruere politiā. lȝ ergo lex euāgelica in ſe optima ſit: ⁊ ſola ſimpl'r bona. ſi tñ imponatur alicui politie peſſima eſt. ſtultus. n. legiſlator ille eſſet qui legem euangelicā totaliter ſub punitione in politia ſua cuſtodiri mādaret. quomodo autē iſta duo ſtent. ſ. ꝙ lex euangelica ſit optima ſimpliciter: ⁊ tamē ſit mala cuilibet politie: in alia repetitione declaratum fuit. cū ergo optima politia ſit que maxime a malo vetat: ⁊ maxime ad virtutem incitat ⁊ promouet: ⁊ nulla lex ſiue conſtitutio ſit que magis hoc faciat q̄ꝫ cōſtitutiones monachoꝝ ⁊ fratrum: in quibus quiſqꝫ profitetur obedientiam continentiam ⁊ paupertatem: qui voluerit dare alicui politie optimas leges: det eis leges monachoruȝ. quo quid ſtultius excogitari poteſt: q̄ꝫ facere aliquam talem politiam. Et hoc obſeruauit deus in dando legem hebreis. nam quia dabat hominibus imperfectis: nō dedit legem optimā ſed continentem aliquos defectus a perfecta: ⁊ tamen hec erat illi populo conueniens. quare aūt in lege euangelica ſic factum nō fuerit alibi dictum eſt. nō debet ergo legiſlator optimam politie dare legem: quia illa omnia mala vitaret: qđ nō oportet eſſe: vt declaratum eſt. Et ſm hoc intelligitur illud. c. nam ⁊ concupiſcentiaȝ. extra de conſtitu. cum dicit. (bona eſt lex que cum concupiſcentiam prohibet: oīa mala ꝓhibet) . ſ. omnia mala que ſunt mala politie cui data eſt lex illa: nō tamē oīa mala ſimpliciter: imo illa lex ē peſſima que vetat oīa mala ſimpliciter.

109
Leges humane nulle ſunt ſimpliciter bone

110
Leges ſiqs vellet facere optīas auferendo defect⁹ facēt peſſimas

111
Lex euangelica ſola eſt pfectiſſima ꝓhibens oē malum.

Iſta repetitio vſ qꝫ hodie non inuenta eſt.

112
Politia illa ē optima q̄ maxime vetat mala ⁊ maxime incitat ad virtutem.

113
Deus lȝ optimus ſit: iudeis tñ non dedit leges perfectas.
De his vide latius eundē beatuȝ Abulēſeȝ in ſuo defenſorio triuȝ concluſionum.

Correla^m pſ̄choꝝ.

Ex hoc infert correlarium. q̄ꝫuis veteris legis precepta iudicialia deus recte poſuerit: nulla tamen politia lȝ potuerit poſtea: omnia illa recipere debuit. qđ patet: quia in lege veteri erant precepta triplicia. ſ. moralia: cerimonialia: ⁊ iudicialia: de quibus oībus per ſingula differere nec locus: nec propoſitum nr̄um eſt. cerimonialia autē: nec iudicialia nō manſerūt in lege noua habētia priſtinam obligationem: ſed ſola moralia. Erat tamē differentia inter iudicialia ⁊ cerimonialia: quia cerimonialia nullo modo manere potuerunt quia repugnabāt totaliter ſtatui noui teſtamenti ex natura ſignificationis ſue. Iudicialia autem in quibus nō attendebatur talis ſignificatio: lȝ non haberent aliquā obligationē in nouo teſtamento: tñ poterāt ſeruari in eo: q2 nō repugnabant. ita ꝙ iſta conſeruatio nō eſſet ex viribus illius legiſlationis prime: qua nos crederemus obligatos ad obſeruationem iſtorū: q2 deus dedit tales leges moyſi: Sed ex aliqua noua inſtitutione: vtpote ſi aliquis princeps in terra ſua vel eccl'ia: ſtatueret in ſua iuriſditione aliquam de illis legibus obſeruari ſortiretur illa lex vires obligationis: nō ex antiqua dei legiſlatione: ſed ex noua principis illius vel eccl'ie inſtitutione. nā leges iudiciales a deo date pro maiori parte Exo. 21. 22. 23. c. continentur de quibus multas canonizauit eccleſia: vt patet extra de homicidio. c. ſiquis per induſtriaȝ. ⁊ extra de adulterijs ⁊ ſtupro. c ſi ſeduxerit quis ꝟginē. ⁊ extra de iniurijs ⁊ damno dato. c. ſi rixati. et. c. ſi apparuerit. ⁊. c. ſi bos cornupeta. ⁊. c. ſi leſerit quiſpiā. ⁊ in alijs locis. In aliquibus etiaȝ terris plures leges de illis ſpecialiter obſeruantur. ⁊ nihil magis eſt eccleſiā vel dños tēporales accepiſſe iſtas leges que olim fuerant date a deo: q̄ꝫ ꝙ vna gēs velit accipere leges que apud alias gentes ſeruātur. ſic. n. Romani leges a grecis acceperunt. nam deceȝ viros Romani athenas miſerunt qui leges a Solone legiſlatore datas de greco ſermone in latinum transferentes decem tabulis expoſuerūt. ⁊ quia iſta legiſlatio Romanis poſtea perfecta viſa non eſt duas tabulas legum addiderunt. 12. tabulas facientes. ⁊ iura iſta: vulgariter leges. 12. tabularuȝ appellantur. de quibus latiſſime. ff. de origine iuris in. l. neceſſariuȝ. Et de his Paulus oroſius. 2. de ormeſta mundi: ⁊ Iſidorus ethimo. li. 5. ⁊ in decre. di. 8. c moyſes. Cōſtat autem ꝙ Romani nō acceperūt illas leges Solonis tanq̄ꝫ putarent ſe eis obligatos: ſed quia viri prudentis leges erant placuit romanis illis aſſentire.

Precepta legis veteris triplicia

114
Q2 cerimōialia nō maneāt in lege euāgelica: ⁊ q̄ iudicialia poſſit manere ⁊ quo modo.

115
Leges iudiciales moyſi ſuari poſſent tāq̄ꝫ a nouo legiſlatore iſtitute de quo ſcotus. 15. di. 4. q. 1.

116
Eccl'ia canonizauit ml'ta iudicialia veteris legis.

117
Romāi a grecis leges acceperūt.

118
Legibus ſolonis romani duas tabulas addiderūt.

Et lȝ decem viri athenis eas conſcripſiſſent: nondum tamen erant leges: nec obtinebant aliquam obligationem ſuper romanos donec romam allate populo decernente vim legum habuerunt. ſic eccleſia nō recepit leges iudiciales quas deus tradiderat moyſi tanq̄ꝫ eis ſe obligatam crederet: ſed quia placuit ei ſtatuere illas aſſentiendo aliquibus eaꝝ quia recte poſite erāt.

Et tunc argueret aliquis: cū intentio legiſlatoris ſit condere rectas leges cōſeruatorias ſtatus politici. ⁊ cōſtat ꝙ apud hoīes non eſt certitudo iudicij ita ꝙ ſemp poſſint dare rectas leges: ⁊ ideo aliquando dant leges iniquas ex ignorantia: ⁊ ꝓpter hoc quando reperiunt leges alicuius viri prudentiſſimi aſſentiunt eis: tanq̄ꝫ non ita dubitetur de iniuſtitia illarum legum ſicut de legibus alijs. vt romani aſſumpſere ſolonis athenieñs legiſlationem: innitentes magis prudentie illius viri: q̄ꝫ prudentie ſue. quia ergo deus eſt pura prudentia: ⁊ impoſſibile eſt eum errare: ⁊ neceſſe eſt leges ab eo datas eſſe recte poſitas: deberent igitur omnes politie leges illas de quarum iuſtitia non ambigitur acceptare.

119
Obiectio ꝙ lex vetus diuina ab omnibus ſi acceptanda.

Ad hoc reſpondetur ꝙ quilibet legiſlator vt ſupra diximus debet dare leges: non quidem ſimpliciter optimas: ſȝ optimas illi politie quā dirigere vult. deus autem qui erat ſimpliciter bonus ⁊ prudentiſſimus dedit iudeis precepta iudicialia que nō erant ſimpliciter bona: quia populus iudaicus non erat bonus ſimpliciter diſpoſitione propria: nec diſpoſitus ad hoc diſpoſitiōe propinqua. ideo lex vetus cuius quedam pars erant ꝓcepta iudicialia non erant perfecta: nec precepta illa iudicialia erant ſimpliciter bona: immo ſi eſſent ſimpliciter bona nō conuenirent eis: ſed erant talia qualia cōuenirent illi populo. ⁊ quia non ſunt omnes populi ita diſpoſiti ſicut tunc erant iudei non ſunt bone ille leges pro oibus populis: ideo lȝ illa precepta ſine dubio bona fuerint: ⁊ cōuenientiſſima iudeis: nō tamē cōueniūt nobis: quia nō habemus eādem diſpoſitionē quā ipſi. Et quādo dr̄ ꝙ deus eſt perfectiſſimus legiſlator non potens errare in lege quā dat. ergo omnes populi debent accipere pro ſe iſtas leges. nō valet conſequentia: nam lȝ impoſſibile ſit ꝙ illa lex quam deus dat: ſit illi populo mala. tamen ſatis eſt poſſibile. immo ſic eſt de facto: ꝙ illa lex ſit mala alijs populis. nam multa ponūtur in ipſis preceptis iudicialibus hebreorum: que ſi a nobis obſeruarentur militarent contra ſtatum noſtre politie. nō decet ergo ꝙ eccleſia vel aliquis de principibus modernis in t̃ra ſua ɔfirmaret oēs illas legeſ.

Reſpōſio ad obiectionem.
Precepta iudicialia moyſi non erant ſimpliciter bona: ideo non oīa recipit eccl'i[a]

120
Leges iudiciale[s] moyſi: ideo no[n] bone ſunt oibu[s] quia nō oēs ſu[nt] diſpoſiti ſic erā[t] hebrei.

Secunda concluſio ſit: ad perfectam politiam voletēȝ ordinare: gñandi tempora oportet conſiderare. eſt ſenſus ꝙ ad hoc ꝙ aliquis ſtatuat perfectā politiā: oportet ꝙ conſideret de temporibus in quibus gñatio fieri debet. Dicuntur tamen dupliciter tempora generandi: quia aut pro ipſis qualitatibus tempoꝝ in quibus carnalis acceſſus ad generationem fieri debet. vtpote ſi in vere: aut in hyeme: autūno: ſiue eſtate. Aut ꝓ etate ipſorum gigentium. ſ. vtrum tante etatis vel tante erit qui generationi operaȝ dare debet. vtrūqꝫ aūt horum multum agit ad bonam habitudinem corporis ⁊ intellectus ipſorū genitorum. de tempore autem ꝓut eſt qualitas quedam ipſius temporis poſtea dicetur in alia concluſione. De tempore tamen: prout eſt etas ipſorum gignentium hic dicendum eſt: qñ multū eſſet generantes tante aut tante etatis eſſe. Primo quidem valde vitandū eſt ne homines in parua etate dent operam generationi. ſequuntur. n. multa inconuenientia

Cōcl'o. 2. princi[palis]

121
Expediētiſſimū ⁊ ad bonū ſtatu[m] politicū ſūme neceſſariū conſide[rare] ⁊ ſtatuere q[ui]bus tpib⁹ ⁊ in q[ua] etate gñatio ſie[ri] debēt ⁊ ɔmixtio maris ⁊ femine.

122
Tpis gñandi du[plex] indagatio facit ad bonam habitudinē corporis prolis.
Primū documē[n]tū ad gñandum

123 ...itus a paruu ...ſuetuꝫ ener- ...vires.

...bis vide lati ...net hũ abu- ...geñ. 30. q. 5. ...tractat qũo ...ob potat ſa- ...acere tot vxo ...us.

quia qñ quis enim a parua etate coitibus vacat totum eius robur eneruatur: ⁊ poſtea debiles ſunt: nec valent ad actuꝫ bellicos: vel aliqua alia opera foꝛtitudinis: vel coꝛpoꝛalis roboꝛis vt ad duros laboꝛes. etiã ad gignẽdum potens conuenienter non eſt: cuꝫ tota eius virtus a teneritudine exhauſta ſit. cũ autẽ aliqs in etate robuſta giñoni vacare incipit: virtus eius integra eſt ⁊ robuſta: ⁊ manet in eo robur ad omnes operationes foꝛtitudinis: ⁊ ſemen illud temperatius eſt ⁊ valet ſufficiẽter contempare ſemen muliebꝛe. iſti enim abũdatioꝛes ſunt in virtute generatiua: pluresq; filios gignere poſſunt. ¶ Ariſtoteles autem circa hoc in. 7. politic. c. 15. dicit ꝙ viris tempus generandi eſt vſq; ad ãnos 70. in feminis autẽ vſq; ad. 50. ⁊ hoc quidem erat tempoꝛe ſuo in quo vſq; ad plures ãnos durabat tempus generandi: quia etas robuſtioꝛ erat. ſicut in pꝛima etate gignebant homines in anno. 100. ⁊. 130. ⁊ vſq; ad 500. annos vt patet Geneſis. 5. c. poſtea autem per etatum ſucceſſiones: tẽpus gignendi abbꝛeuiatũ eſt. in tẽpoꝛe ergo Ariſtotelis vſq; ad longioꝛem etatem homines gignebant: ſed nõ multo amplius q̃ nunc: lꝫ a tempoꝛe ſuo vſq; nunc tranſierint anni. 1780. cum fuerit tempoꝛe Alexandri magni macedonis.

124 ...s generandi ...iris ⁊ feminiſ ...pore Ariſt.

...dm docuũ.

¶ Dicit enim Ariſtoteles vbi ſupꝛa ꝙ nõ debent expectare homines vt gignant in vltimo tempoꝛe quo gignere poſſunt. nã tunc anteq̃ filij ſint adulti patres deficient viribus: ⁊ non ſufficiunt ad educanduꝫ filios pꝛopter etatem: nec filij ſufficiunt ad ſeipſos vel patres educandos ꝓpter paruitatem.

125 Optimũ gignen[di] tempus.

¶ Optimum auteꝫ gignendi tempus tũc eſt: cum ſic filij gignunt vt ante ad robuſtaꝫ etatem veniant q̃ patres eoꝛum viribus carere incipiant: vt patres filijs paruulis pꝛocurent neceſſaria: ⁊ filij ad etatẽ robuſtam venientes: patres iam deficere incboantes educare incipiant. ⁊ nullum ſit tempuꝫ in quo: aut parẽtes filijs: aut filij parentibus nõ valeant neceſſaria miniſtrare.

126 Generatio filioꝝ ...nis tẽpeſtiua ...dat in dãnũ ...ꝫ ⁊ filioꝝ. ...ma ratio.

¶ Dicit etiaꝫ phus in eodem. 7. politic. c. 15. ꝙ mala generatio eſt cum vir incipit generare in. 17. vel. 18. anno aut ſimili tempoꝛe pꝛopter multa. pꝛimo quia pueri nati quando ad aliqualem etateꝫ deueniũt: ita vt cognoſcant patres: videntes ſic iuuenes quaſi coetaneos: non verentur multum qualiter patribus verendum erat. ⁊ hoc magnuꝫ inconueniens eſt: quia ſic filij indiſciplinati erunt.

Scda ratio.

127 ...rimonia ni- ...tẽpeſtiua ex ...riũt faculta- ...malũ regi- ...cõiugatoꝝ. ...rtia ratio.

¶ Scdo quia quando viri in valde parua etate vxoꝛes accipiunt pꝛopter inexperiẽtiam etatis que in paruo tempoꝛe fieri nõ poteſt: vt pꝫ in pꝛimo ⁊. 5. ethico. inepti ſunt ad regimẽ iconomicuꝫ .ſ. ad diſponendam rem familiarem. ⁊ ſic interduꝫ magne facultates iuuenibus derelicte faciliter diſperduntur. ¶ Tertia ratio eſt: quia cum viri parue etatis mulieribus cõmiſcentur filios parui coꝛpoꝛis giñant ⁊ viribus deficientes. quod nõ expedit perfecte politie.

128 ...uꝫ noui in cũ ...aiantib⁹ im- ...fecti ſunt.

¶ Generale eſt enim in omnibus animalibus ꝙ fetuꝫ nouoꝛum animalium imperfecti ſunt. ⁊ inducit ſignuꝫ quia multe ciuitates ſunt in quibus permittuntur parue etatis iuuenes ⁊ iuuencule cõiugari: ⁊ ibi omnes homines vt cõmuniter parui ſunt.

129 ...us ſumit ma- ...tudinẽ a vir- ...ſeminis ge- ...ãtis ⁊ i iuuẽ- ...virtus ſemi- ...eſt impfecta. ...rta ratio.

¶ Ratio huius eſt ꝙ magnitudo fetus geniti eſt ex virtute ſeminis giñantiꝫ. cũ ergo in iuuenibus deficiat virtus in ſemine: quia nondum ad perfectionem deuenit: ſequitur neceſſario imperfectio in pꝛole niſi alteruꝫ eueniat per accidens. ¶ Quarto quia in parua etate coire genitoꝛi ⁊ genite ſimul nocent: quia ſic coiens viribus caret: ⁊ membꝛoꝝ debita quantitate atq; pꝛopoꝛtione pꝛiuatur. indiſponitur etiam ad vitam quia actum coitus frequentãtes modico tempoꝛe viuunt: quia per coituꝫ intempeſtiuũ caloꝛ innaturalis excitatur deſiccans coꝛpoꝛa tenera. ⁊ cum vita cõſiſtat in humido radicali ⁊ caloꝛe naturali: inualeſcente caloꝛe innaturali ſuper humidum radicale diſponitur homo ad moꝛtem.

130 ...tũ frequẽtã- ...in etate tene- ...oꝛiſſime pe- ...nt. ...a rõ q̄r tur ...nõ explicat ...uct. caſtiſſi. ...documẽtum ...generandũ. ...ma cauſa.

¶ Alia etiam cauſa huius potiſſima eſt que cuicunq; quantũcunq; ſimplici nota eſt. ¶ Mulieribus etiam ante debitam etatẽ coire periculoſum atq; valde nociuum eſt: quia contingit moꝛi ⁊ periclitari in partubus pꝛopter anguſtiã ⁊ paruitatem muliebꝛium vaſculoꝛum: ⁊ teneritudinem nature iuuenilis non potentis tantum tolerare doloꝛem.

131 ...nda cauſa.

¶ Scdo etiã quia in mulieribus ſic parue etatis coeũtibus ſequuntur parui fetus dato ꝙ viri perfecte etatis ſint. ⁊ hoc ex duobus eſt. ſ. vel pꝛopter imperfectionem ſeminis ſiue menſtrui muliebꝛis: vel pꝛopter anguſtiam vaſculoꝛum matricis fetum ad quantitatem paruulam cohibentis.

Tertia cauſa.
132

¶ Tertio quia per intempeſtiuos coitus ad gignendum indiſponuntur. ſ. vt poſtea concipere nequeant. vnde ſepe videmus ꝙ alique iuuencule que in valde parua etate a viris cognite ſunt: poſtea cõcipere non valẽt.

133 Coitus itẽpeſtiuus mulieri cãt maximũ icẽtiuũ rei veneree.

¶ Quarto quia valde malum eſt. nam iuuencule in parua etate coitibus aſſuete ardentioꝛes efficiũtur ⁊ intemperatiſſime: que poſtea nec multiplicatis coitibus ſacientur. ¶ Etas ergo conuenientiſſima ad gignendum: vt ait Ariſtoteles in pꝛeallegato libꝛo. 7. politi. et. c. 15. in viris eſt ad annum. 36. vel. 37. ſiue pauloante vel poſt: in feminis autem ad annum. 18. vel. 20.

134 Ann⁹. 36. i viro in femina. 18. ad gignendum.

Et cõuenit iſta generatio pꝛoli genite: ⁊ patri generanti ad bonam coꝛpoꝛis habitudinem ⁊ cõmunicationem iconomicam: quia filij geniti in anno. 36. vel paulo ante erunt perfecti viri: ⁊ potentes generare anteq̃ patres deueniant ad ſenectutem cum viribus carent: ⁊ ſic patribus pꝛouidebũt: ſicut eos parentes adhuc pueros teneros nutriuerunt.

4. documentũ.

¶ Item dicit ꝙ lꝫ viri vſq; ad annum. 70. gignere poſſint: tamen non debent gignere vſq; ad ipſum tempus: quia fetus iuuenum ⁊ ſenum imperfecti ſunt coꝛpoꝛe: ⁊ deficientes valde i intellectu.

135 Filij nimiũ iuuenũ ⁊ ſenũ ipfecti ſunt coꝛpoꝛe ⁊ intellectu.

cuius ratio eſt: quia perfectio intellectus noſtri quãtum ad cognitionem quã habet dum eſt coniunctus dependet vel menſuratur ſm perfectioneꝫ phãtaſie ⁊ oꝛganoꝛum cognitiuoꝛum: non ꝙ intellectus alligatus ſit coꝛpoꝛi vel determinet ſibi certam qualitatẽ oꝛgani: ſicut virtutes oꝛganice: vt viſus auditus ⁊ cetere. ſed quia ad actum ſuum pꝛeſupponit actus oꝛganoꝛum pꝛeceſſiſſe vel actualiter eſſe.

136 Intellectus nr̄ q̄ ad cognitionem ꝓ ſtatu vie pſupponit ꝟtutes oꝛganicas.

⁊ ſic dicimus ꝙ cecus nõ iudicat de coloꝛibus: quia caret virtute oꝛganica que requirebatur habuiſſe actũ ante operationem intellectus. ſic enim ait Ariſtoteles in pꝛimo poſterio. ꝙ neceſſe eſt illa ſcia carere de cuius obiecto potentia ſenſitiua caremus. etiam quia ad intellectioneꝫ requiritur actualis cõuerſio intellectus ſuper phãtaſmata vt ait phus tertio de anima: opoꝛtet intelligẽtem circa phãtaſmata ſpeculari.

137 Intellectio reqrit cõuerſionẽ intellectuſ ſup phãtaſmata.

ſi ergo phãtaſia nõ ſit diſpoſita non poterit intellectus habere actum ſuum: vel habebit eum valde imperfectuꝫ. ¶ Et iſta ſola cauſa eſt quare homo cum eſt ebꝛius non intelligit: aut modicum ⁊ diſtoꝛte intelligit: etiam quando eſt doꝛmiẽs. ſi enim intellectus non haberet actualem conuerſionẽ ad phãtaſmata ad intelligendum: non minus homo intelligeret cum eſſet ebꝛius q̃ cum eſſet ſobꝛius: quia intellectus in ſe equaliter diſpoſitus eſt lꝫ non afficiatur aliqua coꝛpoꝛali paſſione: quia mere incoꝛpoꝛeus eſt.

138 Phãtaſie turbatio cã ẽ q̃re ebri⁹ ⁊ doꝛmiẽs diſtoꝛte intelligit cũ intellectus de ſe ſp ſit eq̃ diſpoſitus.

qui ergo melioꝛa oꝛgana habet melius intelligit. ſed diſpoſitio oꝛganoꝛum ſit ſm qualitatem ſeminis ex quo coꝛpus foꝛmatur: ⁊ ſm influentiam celeſtem diſponentem. ſemen tamen in ſenibus ⁊ iuuenibus nimis adhuc perfectum non eſt: vel a perfectione iam decidit. ergo tales fetus imperfecti ſunt ſm intellectum.

139 Oꝛganoꝝ diſpoſitio ſit ex q̃litate ſeminis ⁊ ex celeſti influẽtia diſponente.

Cõcludit ergo philoſophus ꝙ ſm ſententiam philoſophoꝝ ⁊ poetarum tempus vacandũ generationi in viro ad foꝛmãdas pfectas ꝓles debet eſſe ab anno. 36. vel pauloante vſq; ad annum. 50. vel. 54. hec quidem ad bonitatem pꝛolis: tam ſm coꝛpoꝛis habitudineꝫ: q̃ perfectionem intellectuſ indubitatiſſime conſtant.

140 Q̃ ius nãle. i. Ariſ. ꝓhibet matrimõia fieri añ 36. an. ⁊ nõ h̄ ꝓhibent iura eccleſiaſtica ⁊ ciuilia nec curãt de pfecta etate coeũdi.

¶ Lꝫ de hoc iura humana maxime eccleſiaſtica non multum curauerint concedentia matrimonialia federa iungi in pꝛimoꝛdio pubertatis que in. 14. anno viris: feminis autem in. 12. euenire ſolet: vel cum ex habitudine coꝛpoꝛis demonſtrant ꝙ generare poſſint vt ait Iſidoꝛuſ ethimo. libꝛ. 11. c. 2. ⁊ extra de ſponſatione impuberũ. c. puberes.

141 Mr̃imonia cõcedũt a iure ciuili pubertate icho ante ad cõſeruãdã politicã pacẽ.

Ratio hoꝛum eſt: ⁊ pꝛimo de iuribus humanis ciuilibus: quia iura illa ciuilia tanq̃ pꝛimuꝫ ⁊ ſummum bonum intendunt pacem politicam vt pꝫ ex pꝛincipio. 7. politi. ſi tñ hoies ante annos. 36. coniungere matrimonialia federa vetarentur: cum iuuenes ante illam etatem violentiſſime ad actum venereum incitentur: tota ciuitas libidinibus repleretur: ex quo innumere ſeditiones oꝛte diſceſſuꝫ facerẽt politie. potius ergo

ↄſentit aliqualiter proles iperfectas:q̄ʒ patiatur totas
Alia rō.
deſtrui politias. ¶ De iure eccleſiaſtico ſiue diuino in-
142 Nā apl's dicit nō habem⁹ i iſta politia ciuitatē manentē ſed futurā ingrimus. De his vide latius met beatum Abuleñ. Geñ. 30 q. 5.
ter que nunc nō diſtinguo:lʒ diſtincta ſint.ratio iſta eſt
quia ius diuinum magis intendit prohibere homines
a peccato vt perficiant in vita eterna q̄ʒ conſentiēdo
pctm̄ deducere homines ad temporaneā pfectionem.
homines autem cum ad pubertatē deueniunt incipiūt
ad coitum inflammari.q̄ ſi ſalubri remedio matrimo-
nialia federa iniēdo honeſte paſſioni illi nō prouidea-
tur in hominibus imperfectis:neceſſario omnia gene
ra libidinum ſequerētur:magis intendit deuitare ius
diuinum:q̄ʒ homines ad quācunq̄ʒ corporis vel intel
lectus perducere pfectionem.ideo Apoſtolus ad forni
cationis vitande remediū vxorem accipere cōſulit cū
dicit.1.Corinth.7.c.(Unuſquiſq̄ʒ vxorem ſuā habeat
143 Eccl'iaſtica politia corrñdet celeſti cui⁹ eſt a pctis abſtrahere.
ppter fornicationem).ſ.vitandā.(Meli⁹ eſt eniʒ nu
bere q̄ʒ vri).Cū enim eccleſiaſtica politia:ad politiaʒ
celeſtem ſubordinetur:magis curat pficere homines
reſpectu illius a peccatis diſtrahēdo:q̄ʒ hic tēporaliter
2.rō.
pficere in corpe ꝛ itellectu aptiſſimos faciēdo. ¶ Alia
autem adhuc potētiſſima ratio eſt:lʒ honeſta nō ſit:q̄
vt ſm vulgatiſſimam carnalium opinionem loquitur
quis de continentia ſua fructum eterne beatitudinis
non ſperans:nemo tanto perficiende politie amore fla
graret toto tēpore iuuētutis:in qua motus potētiſſimi
ſunt vſq̄ʒ ad annum.36.vt iocunditate venerea ſe pri
uaret.talis ergo lex lʒ in ſe bona foret:a nulla tamen
144
vnq̄ʒ politia obſeruata eſt.
Concluſio tertia pncipalis.
¶ Sit tertia cōclō.politicū curantē pfectas facere ples
gignētiū opʒ ſpectare occupatiōes.ē ſenſus:q̄ q vellet
hre curam de gignēdo ples perfectas:ſiue ille pfectio-
nem talem inducere volens politicus ſit:ꝛ hoc curet
inducere in tota politia:ſiue alius vir quicunq̄ʒ ſit:de
bet cōſiderare labores ſiue occupatiōes generantium.
145 Exercitatio mediocris ↄfert ad gñationē prolis.
dicit enim Ariſ.7.ethicorū.c.15.q̄ viri volentes gene
nerationi operaʒ dare debent mediocres habere labo
res:ita vt nec labores fortiſſimi ꝛ ↄſtringētes ſint.nec
rurſus volentes gignere ocijs occupent̄.nam quelibet
146
iſtarum diſpoſitionū non modicum confert ad bonaʒ
1.corre.mirabile Uiri delicioſi ac marcētes ocio plē male diſpoſitā ꝛ quoad corp⁹ ꝛ quoad itellectū gignūt.
corporis habitudinem ꝛ perfectionē intellectus. ¶ Ex
hoc enim ſeqtur q̄ illi viri vacantes delicioſis cibis ꝛ
potibus nullis laboribus aut ſolicitudinib⁹ occupatu-
ri filios turgidos ſiue inflatos gignunt:ꝛ infirmos cor
pore ꝛ ſm intellectum ineptos:ꝛ ad motum tardos:ad
oēm tamē corruptionem.i.egritudinē diſpoſitiſſimoſ.
Ratio huius eſt:q̄ indigeſtio ſeminis:ꝛ ſuperflua hu
miditas inflatiua eſt:ꝛ carnes molliſſimas reddit q̄-
147
dam mollicie muliebri diſpoſitiſſima.Nec oportet ge
Cōtra multū laborātes q̄ plem male diſpoſitam generent.
neratiōi operā daturos fortib⁹ laboribus iplicari frā-
gentibus corpora hūana.Cuius ſūt aſtiluſio:ꝛ alia ge
nera fortium exercitiorum:vel quotidiana cōuerſatio in
armis quemadmodū in bellis:ꝛ cōformiter in agrico
lis qui quotidianis magniſq̄ʒ laborib⁹ affligunt corpo
ra ſua. ¶ Cuius ratio eſt q̄ fortes labores ꝛ nimius
motus cauſant ardorē exceſſiuū innaturalē:qui nō ſo-
lum ſuperfluas humiditates digerit:ſed etiaʒ ſpiritus
148
ſeminis in quibus totus vigor eſt exhalare facit:ꝛ ip-
2.correlariū expertiſſimum.
ſam naturalē humiditateʒ exurit.Ex quo ſequitur qd
aliquādo videtur.ſ.q̄ filij hominū nimis ſtudioſorum q
Nota hʒ ꝯ doctoſ ꝛ lr̄atos viros q mr̄imōia ꝯbūt ꝛ coitu operā dāt.
geniti ſunt eo tēpore quo patres ſtudij ſolicitudinib⁹
vigilanti⁹ intendebāt:parui corpore ſunt ꝛ virib⁹ de-
biles nec abundātes in intellectu:imo vt in plurimuʒ
de ſtultitia ſuſpecti.Cuius ratio eſt:q̄ nimia cura ſtu-
dij totum hominē exurit ꝛ deſiccat.ſemen autē cum
149
deſiccatū eſt caret debita humiditate ſm quā augmen
Augmētatio fit i hūido ꝛ tenero.
tum in corpibus eſt.Augmētatio eniʒ in humido ꝛ te-
nero fit.Ideo ea que ſemel areſcūt:vel ariditati pro-
pinquant:poſtea augeri nō valent.Deſiccato vel exu-
150
ſto ſemine mēbra organica deſiccant̄.cum autē phāta-
Organū phantaſie debitā hūiditatis pportioneʒ requirit.
ſticum organum debitam humiditatis proportionem
coexigat:fit vt hi qui aliqualem phantaſie deſiccatio-
nem incurrūt in quandam ſtultitie ſiue demētie ꝛ ad-
mirationis ſpeciē referātur.qd patet in lunaticis:ꝛ fu
rioſis illis qui habēt lucida interualla.nam cū luna to
tius humiditatis ſit mater:vt manifeſtat̄ in fluxu:ꝛ re
fluxu abundantius facto in duabus quadraturis:q̄ʒ in
reliq̄s duab⁹.cum enim luna in augmēto eſt:q̄ influit
abundanter de humiditate:lunatici ꝛ furioſi habētes
lucida interualla bene iudicant.cum autem luna de-
151 Lunatici hñtes lucida iterualla q̄ ꝛ q̄ gescāt ꝛ excitēt̄ ad furorē.
creſcit:q̄ non influit ſufficientē humiditatē deſiccatur
in eis organum phantaſticū:ꝛ incipiūt fortiter furere.
¶ Simile etiā videm⁹ in cholericis aduſtis q neceſſa
3.correlariū.
rio ſicci ſunt:ideo generaliter ad dementiā proni ſunt
152
niſi magno regimine defenſent̄. ¶ Ex hoc etiam ſeq-
4.correlariū.
tur q̄ viri valde amatores qui magno tēpore amant:
153
nec deſiderio ſuo potiti ſunt:ad gignendū indiſpoſiti
Amatores carnis diu amātes vl nō gignūt vel plē gignūt quoad corpus ꝛ aiēʒ idiſpoſitam.
ſunt.ꝛ ſi gignant ſequent̄ proles deficiētes ſm omnia
ſupradicta. ¶ Cuius ratio eſt:q̄ ſicut cura vehemens
ſtudiorū materiā ſeminalē exurit:ꝛ fetus ſm corpus:
ꝛ intellectū iperfectos reddit.ita nimius amor corpo-
ra amatorū exurit:ꝛ fortius adhuc.nulla nāq̄ʒ paſſio
eſt:ꝛ nec quiſq̄ʒ labor:qui ita virum totaliter abſumat
ꝛ deſtruat vt magis infra dicet̄.iſte ergo irrationabi-
lis atq̄ʒ vehemētiſſim⁹ ardor:imo potius furor:aman
tem cito atq̄ʒ potentiſſime deſiccat:ꝛ exuſtum reddit.
154
Ex quo ſequitur id qd cōmuniter videmus in amāti-
5.correlariū.
bus q̄ pallidi ſunt:ꝛ iſte eſt verus color eorum ſi ardē
Amor laſſi⁹ plus q̄ʒ oēs paſſiones amātiū corpora mouet ꝛ vrit.
ter ament.ſic enim Ouidius huius diſcipline magiſter
ait in pmo libro de arte amandi.
Palleat omnis amans:color eſt hic aptus amanti.
cuius ratio eſt:q̄ cura nimis ardens ꝛ cōtinua ſolici-
155
tudo corpus potētiſſime exurunt. ¶ Eſt autem in cor
Rubor i ſupficie cutis ex ſāguine ſubcutaneo clare gignitur.
porib⁹ humanis qdam ſubcutaneus ſanguis.i.ſub cu-
te poſitus:a quo qdam rubor in ſupficie cutis oſtēdit̄.
cum vero ardēs cura ſubcutaneū exuſerit ſanguineʒ:
conuertit̄ in nigredineʒ.ex quo ſequitur neceſſario in
ſuperficie cutis quidā color pallidus:vel luridus ad
156
nigredinem tendens.ſi autem in vultu hominis rubor
Ratio vñ ſit candor in homine.
non ſit:eſt ſaltem quedam humiditatis teneritudo in-
tra cutem locata eam diſtendens atq̄ʒ candidam effi-
ciens:et hec a vehementiſſimo ardore amantium ab-
157
ſorbetur. ¶ Ex quo vultus neceſſario in rugas con-
6.correlariū.
trahitur:ꝛ ad colorem atrum tendit.Et ex eiſdem cau-
Filij agricolarū laborioſorum q̄ ſīt parui corporis
ſis ſequitur id quod cōmuniter videmus:ſcilicet q̄ fi
lij agricolaruʒ qui magnis laborib⁹ occupantur parui
corpore naſcunt̄:ꝛ exiguas vires habēt:quia nimius
158
labor:ꝛ motus materiā ſeminalem exurunt. ¶ Seq-
7.correlariū.
tur etiam ꝛ alterum quod videmus.ſ.q̄ filij paſtoruʒ
De filijſ paſtorū cur bene diſpoſiti naſcantur.
magna ꝛ pulchra ꝛ robuſta corpora habēt:quia paſto
res magnis laborib⁹ non occupant̄ molētibus corpo-
ra.nec rurſus totaliter ocient̄:quia mouētur congruē
ti motu:ꝛ frigorib⁹ atq̄ʒ ardoribus celi patent:ꝛ habēt
quoſdam alios labores ꝛ exercitia que ſunt ſufficien-
159
tia ad congruentē ſeminis digeſtionē. ¶ In feminis
De feminiſ qd agēdū ſit ad fet⁹ bene ſeruandos.
vero idem obſeruari oportet:q̄ non debēt duris labo
ribus ſtudere poſtq̄ʒ conceperūt:quia poſſent faciliter
abortum pati.ꝛ ſi forte ſemen formatum nondum ſit:
vel etiam ſi formatū eſt calor innaturalis inſurgens
cauſat in fetibus eandem inconuenientiā quā de viriſ
diximus.ſ.deſiccationē ſeminis:ꝛ indiſpoſitionē ad cor
poris augmentum:ꝛ robur:ꝛ malam intellectus humi
160
ditatem conſequentem organa phantaſie.
Cōclō.4.pncipa. De loco gñatiōis q̄ vel ad frigiditatē vl ad tēperiē ſaltē dʒ dclinare.
¶ Quarta cōcluſio ſit.ſi prolis perfectio a generātibus
regrat̄:neceſſe eſt vt de loco ꝛ poſitione nimiū labo-
retur.eſt ſenſus:q̄ ſi quiſq̄ʒ perfectas proles gignere
cupit debet conſiderare locum in quo gignit:ꝛ contra
quam parteʒ mundi locus ille ſituatus eſt.de locis au-
tem ad generationem ait Ariſto.in.7.politicorū.c.15.
161
locum eligi oportet magis declinantē ad frigiditateʒ
Rō cur hoīes nati i terris frigidiſ diſpoſitioreſ ſūt.
q̄ʒ ad calorem:vel ſaltem medio modo ſe habentem.
nā videmus q̄ homines nati in terris frigidioribus:
vt cōmuniter:ꝛ ſʒ q̄ hmōi robuſtiores ſunt:ꝛ maiora
corpora habēt q̄ʒ homines nati in terris calidis vt ait
Philoſophus.7.politicoruʒ.c.5.Cuius ratio eſt:quia
frigiditas loci circunſtans conſtringendo detinet ſe-
minis ſpiritus ne exhalent in quibus tota vis prolis
future eſt:ſiue quantum ad robur:ſiue quantū ad cor-
162
pulentiam.caliditas autem loci diſgregat:ꝛ ſubtilian-
Facit ad gñatiōnē quē ventū ſpectat gñandi loc⁹.
do aperit atq̄ʒ ſpirit⁹ ſeminis exhalare facit. ¶ Debet
etiam locorum poſitionem inquirere.ſ.contra quā mū
di partem:vel contra quem ventuʒ pars illa loci gene
rationis pateat.ſ.an contra auſtrum vel contra boreā:
aut ſubſolanū:

aut ſubſolanū vel fauonium.non eſt enim cōueniens
generatio in locis ſitis contra auſtrū:ideſt ꝙ ſint incli
nata ad vētum auſtralem vt ea totaliter ⁊ directe pfla-
163 re poſſit:⁊ ꝙ ex parte boꝛee alij eleuationē aliquā ha
beant:ita ꝙ boꝛeas ea nō tāgat vel modicū tāgat. ſed
eſt ꝯueniētiſſima gn̄atio ī locis poſitis ꝯ boꝛeā.medio
cris āt ē in locis ſitis ꝯ ſubſolanū:q eſt vētus oꝛiētalis
164 flās de pūcto oꝛiētis:⁊ in locis q ſūt ꝯ fauoniū q eſt vē
tꝰ directe occidētalis.Dꝫ ēt attēdi qs ventꝰ tūc ꝓflet cū
gn̄atio fit.nā flāte boꝛea gn̄atio ꝯueniētiſſima eſt:vel
duobꝰ collateralibꝰ eiꝰ.flāte vō auſtro:aut aliq̄ d duobꝰ
collateralibꝰ mediocris gn̄atio eſt.melioꝛ tn̄ in collate
ralibꝰ eoꝝ vergentibꝰ ad boꝛeā q̄ȝ vergētibꝰ ad auſtrū.
165 ¶ Rō hoꝝ eſt:qꝛ ventꝰ boꝛealis ſua frigiditate ſpūs ſe
minis ꝯtinet ne exhalēt:⁊ ſua ſubtilitate ⁊ ſiccitate hu-
miditates viſcoſas deſiccat ⁊ ꝯſumit:qd̄ fetui valde cō
nenit. venti auſtrales ecōuerſo ſunt calidi ⁊ hūidi.iflāt
166 g̊ coꝛpa ⁊ humefaciūt:qd̄ valde repugnat bone habi-
tudini fetus. ventꝰ aūt fauoniꝰ ⁊ ſubſolanꝰ cū collate-
ralibꝰ ſuis tēperate caliditatis ⁊ frigiditatis ſūt ⁊ hūi-
ditatē ꝯueniētē hn̄t. ¶ Ex h̄ ēt ſeqtur ꝙ ꝓles ille q̄
ī hyeme frigidiſſima gn̄ant̄ flāte boꝛea:⁊ terra gelata
167 ceteris paribꝰ melioꝛes ſūt ex cauſis ſupꝛa poſitis.ſ.ex
frigiditate ꝯtinente ſpūs ſeminis.¶ Pꝛoles āt in ca-
168 lidiſſima eſtate genite peſſime ſūt deficiētes itellectu ⁊
coꝛpulētia ⁊ viribꝰ pp caliditatē faciētē ſpūs ſeminis
exhalare:ad qd̄ remediū eſt vt q̄litates locoꝝ ⁊ ipſoꝝ
q̄litatibꝰ tēperent̄.ſ.ꝙ hoīes habitātes in terris frigi-
dis valde gn̄ationi operā dent icipiēte vere. ⁊ ſi terra
exceſſiue frigida eſt:icipiāt in ipa eſtate:queadmodū
169 ſūt terre exn̄tes in ſeptimo climate:⁊ vltra climata in
ptibꝰ tendētibꝰ v̄ſus arcticū polū.qꝛ ſi habitātes ī ter-
ra valde frigida ī hyeme frigidiſſima coitibꝰ vacarēt:
gignerent̄ qdē ꝓles ſ̄ꝫ coꝛpulētiā ⁊ robur pfecte:in ī-
tellectu tn̄ nimis deficiētes:qꝛ nulli oīno ſpūs exhala-
rent:eēntq̄ȝ oēs tales hoīes nimis paſſionati:⁊ ad oīa
ipetuoſi.de quo Ariſ.7.poli.c.5.ſi āt illi ī vere aut eſta
te coeāt:ipſa loci frigiditaꝫ adiuuabit ad ꝯtinēdū ſpūꝫ
ſeminiꝫ.tpis āt aliq̄lis caliditas faciet ad ſeminis dige
ſtionē:⁊ ita gn̄abit̄ ꝓles ſ̄ꝫ coꝛpꝰ ⁊ itellectū medio mō
170 tempata. ¶ Ex quo ſeqt̄ ꝙ nulla terra ē aptioꝛ ad
gignēdos hoīes pfectos ſ̄m intellectū ⁊ ſ̄m coꝛpus ſil̄
q̄ȝ terra q̄rti climatis in q̄ nos habitamꝰ. nā lꝫ terre q̄
ſūt in.7.climate:⁊ vltra ſeptimū.ſ.in octauo:⁊ verſus
decimū ſicut ſt̄ anglia alemania dacia nouergia: ⁊ alie
terre accedētes ad polū ad faciendū coꝛpa hoīum i ca
loꝛe ⁊ animoſitate ⁊ roboꝛe potioꝛa valeant vt cōmu
niter magis q̄ȝ iſta.hec tamē vtrūq̄ȝ gignit.ſ.coꝛpulen
tiam condecētem ⁊ vires ſufficientes:⁊ ꝓmptiſſimum
171 intellectum.hominūq̄ȝ huius quinti climatis foꝛtia ge
ſta ⁊ ſapiētia p hiſtoꝛias ſi inquirant̄ maioꝛa reperiē-
tur:q̄ȝ in oībꝰ alijs climatibꝰ ſil̄ ſūptis. In h̄.n.climate
roma:in hoc grecie parꝫ:in qua olim magna floꝛuerūt
ſtudia.in hoc etiā cetere ꝓbitates abūdātiꝰ reperient̄.
172 Qui aūt in terra valde calida gignere volūt:obſeruēt
tp̄s hyemale:nō qdē qn̄ auſter cū magna aq̄ꝝ copia oꝛ
hēꝫ pflat:qꝛ tūc ꝓles inflant̄:ſed cum aqlo foꝛtis pꝛui-
173 nas ⁊ vehemētia frigoꝛa gn̄auit. ¶ Ex ſupioꝛibus
ſeqtur coꝛre.ſub vtroq̄ȝ poloꝝ arctici ſiue ātarctici ge
neratione vel corruptionē nāl̄r ipoſe eſt dari.pꝫ quia
ſub alterutro poloꝝ tāta eſt loci frigiditas vt ſemē i-
fringet ⁊ cōdenſet:cōgelet atq̄ȝ moꝛtificet:vt nullo mo
do ſemen virile mulieb̄ꝛi mēſtruo vniri poſſit. ⁊ ſi ali-
quo modo ꝯiungant̄:ita caloꝛ ſeminis expirat exclu-
dente illū loci frigiditate:qꝛ nō eſt ibi aliq̄ vis digeſti-
174 ua mēſtrui muliebꝛis ⁊ foꝛmatiua fetus:q̄ ſūt necīa ad
gn̄ationē.Et ſi arguas ꝙ frigiditas illa nō tollat gn̄a-
tionē qꝛ aq̄ frigida eſt:tn̄ piſces i aqs generāt.¶ Rn̄
175 detur ꝙ nō quelibet frigiditaꝫ loci repugnat gn̄ationi:
ſed frigiditas imoderata.immo ipſa frigiditas ad ge-
nerationē adiuuat quādo moderata eſt:quia p antipa
riſtaſim pcutit caloꝛē ⁊ facit illum recludi ⁊ foꝛtifica-
ri:⁊ non ſinit ſpūs exhalare.iō ſic digeſtio vberiꝰ cele-
bꝛat̄:⁊ ſpūs manētes foꝛtioꝛē atq̄ȝ coꝛpulētioꝛē fetum
reddēt.frigiditas āt imoderata q̄lis ſub quolibet polo
rū eſt:cogit v̄tutē ſeminis extingui atq̄ȝ deficere.¶ Lꝫ
de hoc diſtingui poſſit.Qꝛ ſicut nō ē idē ſanū hoī ⁊ pi

ſcibꝰ vt ait Ariſ.in.6.ethi.c.de ſapia.ita nec dꝛ idē fri
gidū vel calidū reſpectu hoīs ⁊ piſciū. Jō bn̄ ſtat ꝙ pi-
ſcibꝰ aq̄ frigida nō ſit: ⁊ ibi generēt:hoībꝰ aūt frigida
eſt:⁊ ibi gn̄atio eē n̄ poſſet.ēt qꝛ piſces ī aq̄ viuūt:⁊ fo
ris viuere nō poſſent:hoīes āt in aere viuūt:⁊ ītra aq̄ꝫ
viuere nō poſſent ſi aq̄ eoꝝ viſcera ſubintrarēt.¶ Jtē
alio mō dici pōt.ſ.ꝙ lꝫ aq̄ in qbꝰ piſces moꝛant̄ nobis 176
frigide ſint:ſimpl̄r tn̄ n̄ ita frigide ſt̄:vt gn̄ationē exclu
dāt.nā aque calefiūt a ſole p radios icidentes ⁊ p ra-
dios reflexos penetrātes ꝓfunditates aq̄rū ⁊ magnā
ptē terre:iō reperit̄ ibi caloꝛ ſufficiēs ad digeſtionem
ſeminis piſciū.⁊ ſic cōparari nō pt̄ frigiditas fluuioꝛū
frigiditati q̄ ſub polo nā vt ait Ph̄ꝫ i.2.phyſi.ſol ⁊ hō
gn̄ant hoīeꝫ.ſi g̊ ſol nō exiſteret:ipoſe eēt gigni hoīem
qꝛ deriuat̄ v̄tus cāꝝ ſupioꝝ p iſtā ꝯcatenationē nāe.ſic
g̊ eo n̄ exn̄te nō fieret gn̄atio:ita eo nō ifluēte ꝯfoꝛmi-
ter nō fiet gn̄atio.ſꝫ ſub ptibuꝫ ſubiectis vtriq̄ȝ poloꝝ
ſol ifluere negt.g̊ nō erūt ibi gn̄atiōes.⁊ pꝫ qꝛ ptes ſup
poſite polis ſt̄ maxime diſtātes ī toto oꝛbe ab ipſa eq-
noctiali linea ⁊ tota zodiaci latitudīe.ſol tn̄ ⁊ cetere ſtel
le agūt in iſta iferioꝛa p radios q ſunt duplices.ſ. inci-
cidens ⁊ reflexus.ſꝫ ſub polis neuter hoꝝ radioꝝ eē pt̄
niſi debiliſſime.g̊ nec erūt gn̄atiōes.De radio icidenti
pꝫ qꝛ radiꝰ icidens eſt q directe cadit a coꝛpe lumioſo
ſup aliq̄ȝ reꝫ:⁊ ad iſtū radiū reqrit̄ eleuatio coꝛpis lu-
minoſi ſup coꝛpꝰ in qd̄ radiꝰ icidit:⁊ nō q̄ȝtacūq̄ȝ eleua
tio:ſꝫ eleuatio ſatis magna v̄ſus ꝑpēdicularē.nā ſi mo
dicū eleuet̄ coꝛpus radiās ſup coꝛpus radiatū:erit qdē
radiꝰ icidēs ſꝫ ad cauſādū caloꝛē aliquē tātū erit ac ſi n̄
foꝛet. hmōi aūt euenit ī ſole q̄ȝtū ad ptes ſuppoſitas ſo
lis:qꝛ ſi accipiant̄ ptes ſuppoſite polo arctico:qn̄ ſol 180
ſteterit ī tota medietate zodiaci que eſt a libꝛa vſq̄ȝ ad
arietem occultabit̄ illis partibus:ſicut occultat̄ nobis
ſol toto tempoꝛe noctis:⁊ erit eis vna nox dimidij an-
ni.cum auteꝫ puenit ſol ad arietem.ſ.ad aliam medie-
tatem zodiaci aqlonarem incipit apparere terre illi:⁊
tn̄ modicū eleuatur:ita ꝙ radij eius valde modicum
incidunt.Et qꝛ radij incidentes modici caloꝛis cauſa
tiui ſunt ſed radij rēflexi.ſub polo autem modica refle
xio fieri pōt:qꝛ in maxima eleuatione ſolis ſuper par
tes illas erit directio vel eleuatio.23.graduum:⁊ ali- 181
quoꝛū minutoꝛū iuxta menſurā declinationis capitis
cancri ab equatoꝛe diei.tam parua autem eleuatio ad
cauſandū radios reflexos nihil eſt: maxime quia loca 182
media per que trāſire debet radius ante ipſum polū
ſatis plena ſunt nebulis:lꝫ ſub ipſo polo nebule eē non
poſſint. ideo nulla actio ſolis erit in illa pte oꝛbis.Cō
foꝛmiter auteꝫ dicēdū eſt de altero polo.ſ.de antarcti
co qui eſt meridianus q̄ȝtum ad partes ſubiectas ei.
Frigiditas iſta ſub polis : nō ſolum ratione coniicit̄:
ſed etiā experimento ꝓbat̄. Nā in ptibus illis verſus 183
ſeptētrionē.ſ.vltra angliā:⁊ nouergiā:⁊ terrā ſcoto-
rum ⁊ oꝛchades inſulas ſūt tāta frigoꝛa vt flumina p-
petuo gelata ſint:⁊ quadrige ſup ipſa moueant̄.ſi ergo
in his terris tanta frigiditas eſt vbi eleuatio poli vix.
60.graduū eſt:quid erit cum peruenitur ad inſulā thi-
le que eſt vltimus locus in pte ſeptentrionali oꝛbis vt 184
ait Boetiꝰ de ꝯſola.lib.3.met.6.cuꝫ dicit.⁊ ſeruiat vl-
tima thile.in hac inſula dies in qua ſol accedit ad ca-
put cancri.ſ.in medio menſis iunij eſt dies vnus.24.
hoꝛaꝝ integraꝝ:ita ꝙ nulla tunc nox eſt : ⁊ poſtea de-
creſcunt dies ibi ſicut hic.de quo ſolinus impoliſtoꝛ.c.
de bꝛitānia.Si ergo in terra illa vbi.60.graduum vel
quaſi eleuatio poli eſt:tāta diuerſitas eſt a noſtra ſala-
mātina regione in qua eleuatio poli eſt graduū.41.et
19.minutoꝛū:quāta diuerſitas in frigiditate erit conti
nue augmētando eam donec veniat̄ ad terrā in qua. 185
90.graduū eleuatio eſt:⁊ iſte ſūt partes terre vel aque
ſubiecte polo arctico.i illa ergo parte oꝛbis nec flumi
na nec fontes ſunt:qꝛ ad generationē fluuioꝛū reqrun
tur fontes.ſed fontes ibi eſſe non pn̄t:quia ad genera- 186
tionem fontiū reqritur quedā caliditas incluſa in ter
re viſceribꝰ eleuans vapoꝛes conuertibiles in aquā:⁊
frigiditas loci cōdenſantis vapoꝛes eleuatos ad ꝯuer
ſionē in aquam.ſed in terra illa nō pōt eſſe aliqua cali
ditas.ergo nec erunt fontes.¶ Eodem modo nec pn̄t
arboꝛes gigni nec herbe:qn̄ omnia iſta caloꝛē mode-



Marginal notes (left): 163 ...ter idiſponit ...nandū. boꝛe ...t diſponit. — 164 ...ſolanus me ...ris ē ad gn̄a ...tiꝫ ⁊ fauoniꝰ. — 165 ...reaſ ⁊ collate ...is tpi gn̄atio- ...ꝯſunt. — 166 ...ti auſtrales ...tepoꝛi gn̄atio- ...ni obſunt. — 167 ...rrelariū. — 168 ...oles hyema- ...le optime ſt̄ diſ ...poſitionis: eſtiue ...peſſime. — 169 ...tenēda ī gn̄a ...tiin regiōibuꝫ ...nimis frigidis. — 170 ...oꝛrelariū. ...Los cimbꝛoꝝ ⁊ ...dacoꝝ ⁊ ſarma ...tū ſcythaꝝ. — 171 ...Quinti climatiꝫ ...ſ.hiſpanoꝝ italo ...rū ⁊ grecoꝝ. — 172 — 173 ...ꝯoꝛre.⁊ nouū ⁊ ...inauditū vſq̄ȝ nūc ...gn̄atio non dat̄ ...nāl̄r ſub vtroq̄ȝ ...polo ob nimiam ...frigiditatē. — 174 ...gn̄atio n̄ ipedit̄ ...a frigiditate ...ſed imoderata. — 175 ...Frigiditas per ...antipariſtaſim ad ...iuuat gn̄ationeꝫ.

Marginal notes (right): 176 Aque in qbꝰ pi- ſces manēt:n̄ ita frigide ſt̄ vt eoꝝ gn̄atiōeꝫ ipediāt. — Rō ꝓbās ꝙ gn̄a tio non pōt eſſe ſub polis. — 177 Gn̄atio nō fieret ſole nō ifluēte ſic̄ ſole nō exn̄te. — 178 Radiꝰ duplex ici dens ⁊ reflexus. — 179 Radij icidentis diffinitio. — 180 Polus arcticꝰ hꝫ noctē dimidij an ni a ſole exn̄te in libꝛa vſq̄ȝ ad arietem. — 181 — 182 Polus n̄ pt̄ obte gi nebulis:qꝛ ni- hil ibi gn̄at̄ ſiue nebula ſiue aliō. — 183 Flumina vltra nouergiā ⁊ oꝛcha des inſulas ꝑpe- tuo ꝯgelata ſunt. — 184 Nota ꝙ n̄ ē ideꝫ eleuatio ſolis ⁊ eleuatio poli vt pꝫ cuilꝫ aſtrono- mo:iō h̄ nō ꝯdi cit ſupioꝛibus. — 185 — 186 Fōtes gn̄ant̄ ex caliditate eleuan te vapoꝛem ⁊ fri giditate conden ſante.

Sub polis nec arbores nec herbe nec lapides ſunt nec gñantur.

ratum requirũt: ⁊ tenerã materiã. quoꝝum neutrũ poſſibile eſt ſub polis exiſtere ꝓpter frigiditatẽ intenſiuã excludentẽ oẽm gradum caloꝛis ⁊ nimiã ſiccitatẽ omnia indurantẽ: immo nec ibi lapides generabunt. ſola ergo ibi terra duriſſima eſt: ⁊ mare vſq3 ad fundũ gelatum. Et ſic dõm eſt ꝙ ibi non pñt piſces generare: imo nec poſſunt eſſe: qꝛ nõ eſt ibi aliqua aqua: ſed mare ꝑpetuo gelatum vſq3 ad fundũ. nec eſt hoc incredibile cum ratio ipſa neceſſario hoc ↄuincat ſm actionẽ cauſaꝝ nãliu3. non ergo poterat ibi homo gignere: imo nec poſſet ibi aliquo mõ ſaltem per breuiſſimũ tẽpus viuere. ſed ſi aliquis angelus aut demon hominẽ quẽpiam illuc deportaret confeſtim moꝛereť. nulla. n. frigiditas maioꝛ eſt in toto vniuerſo nec nãliter poſſibilis eſt. niſi forte dicamꝰ ꝙ deus maioꝛẽ cauſauerit in iferno ad reoꝛũ punitionẽ: qꝛ dicit Job. 24. c. tranſibũt ab aquis niuium ad caloꝛem ignium.

187 Sub polo terra duriſſima ẽ ⁊ mare vſq3 ad fũdũ ꝑpetuo gelatu3. iõ nõ gñanť nec ſũt ibi piſces.

Nõ ſub polo ſi ꝑpoſſe vl ipoſſe eẽt ſtatim moꝛereť.

Concl'o. 5. pnci. 188

De his vide met beatu3 Alphõſũ Abulẽ. Gen. 30. q. 2.

¶ Sit gnta concluſio. q̃uis in eodem viro conueniens eſſe poſſit vxoꝛum pluralitas: in eadem tamẽ femina toti rationi diſſonat viroꝛũ diuerſitas: ideſt ꝙ l3 vnus vir poſſit habere plures vxoꝛes: ⁊ nõ repugnat hoc rationi: tñ vna mulier non põt viros multos habere: qꝛ valde repugnat rationi. Na3 aliquis queret cu3 liceat viro plures vxoꝛes habere: deberet vxoꝛi licere habere multos viros. ⁊ patet aliqua rõne. nam cum cõiunctio matrimonialis ſit ad generationẽ: ⁊ interdũ femina accipit aliquẽ virum q frigidus eſt vel maleficiatꝰ: ⁊ hoc ſiue ante ↄctum fuerit frigiditas ⁊ maleficiũ: ſiue poſtea eueniat ipedietur finis matrimonialis. ⁊ ſic ex alijs multis accidentibus que quilibet excogitare põt. deberet ergo vxoꝛ tunc poſſe recipere multos viros.

Nec rõ nec nã patiť pl'es viros eidẽ mulieri eẽ maritos.

Sol' auguſtini.

189 Uir ẽ caput vxoris ⁊ nõ eõ.

1. rõ.

2. rõ.

¶ Ad hoc rñdetur ſm Aug. in lib. de bono ↄiugali ꝙ nõ eſt ſimile de viro ⁊ vxoꝛe ꝑꝑ multas cãs. ⁊ pma eſt dignitas ſexus: qꝛ vir eſt caput vxoꝛis: ⁊ non vxoꝛ caput viri vt patet. 1. Coꝛinthi. c. 11. ideo multa op3 viris ꝑmittere que nõ op3 ꝑmittere feminis. ¶ Secũda rõ eſt qꝛ ꝙ eade3 mulier hẽat multos viros repugnat intẽtioni nature. natura eni3 iuenit coitum: vel dei volũtas ſtatuit atq3 hũana ratio dictauit: vt ꝑ coitũ fieret gñatio ⁊ ↄſeruareť nã ſpecifica ſm ſucceſſionẽ. ſ3 ſi eadẽ mulier mĺtos viros hrẽt ipedireť iſta itẽtio: qꝛ nũq̃3 gignere poſſet. mulier nãq3 q̃ a pluribꝰ cognoſciť i tpe vicino ſibi ↄcipe nũq̃3 pt. ſič p3 de meretricibꝰ: q̃ cũ a plurimis cog̃ſcanť: a nemine tñ ↄcipiũt. Si ãt mulier a diuerſis viris diuerſis tpibꝰ cog̃ſcať ↄcipe de vtroq3 pt. ita tñ ꝙ pꝰ3 pariat fetũ quẽ ab vno ↄcepit: q̃3 ab alio ↄcipiat. Cõpertũ tñ eſt eãdẽ mulierẽ a duobꝰ viris ↄcepiſſe. ita ꝙ poſt ↄceptionẽ ab vno factã ↄcipiat ab altero. nã l3 cõiter fcã ↄceptiõe claudať oꝛificiũ matricis: ita vt ſemẽ itrare ñ poſſit: ⁊ ſic nec ↄceptꝰ celebrari. tñ iterdũ ↄtingit: vt ẽt ↄceptꝰ fiat facto alio ↄceptu. vtpote qꝛ aut mãſit os mťicis aptu3: aut qꝛ poſtea ex feruore libidinis aptũ eſt vt ait ſolinꝰ ipoliſtoꝛ. c. de his que mirabilia fuerũt in hoie. ſ. ꝙ alcmena peperit herculẽ ⁊ iſiclũ fratrẽ ſuũ: quo3 diuerſi3 ↄceptionibꝰ edidit. qõ ꝓ tãto mãifeſtať: qꝛ diuerſis tẽpoꝝ iteruallis nati ſũt: vtpote ſi vnꝰ poſt aliũ vno menſe ex eodẽ vtero natꝰ ſit. hoc tñ rariſſime viſũ ẽ. Jõ ad hec lex hũana adaptari nõ poterat. Qꝛ g̊ ſi eadẽ vxoꝛ pl'es viros hrẽt: iſti eiſdẽ tpibꝰ velut eis placeret ad hãc accedere vellẽt: ſeq̃reť iconueniẽs ſupꝛa aſſignatũ. ſ. ꝙ iſta vxoꝛ ↄcipe nõ poſſet. nõ eſt ãt hᷓ iconueniẽs in viro cũ plures vxoꝛes hẽat: qꝛ poterũt plures vxoꝛes ab ipſo ↄcipe: ⁊ hᷓi tpe ſatis vicino nec vna ipedieť ꝑ alterã. ſicut loth duas filias ſuas i duabꝰ ſibi ſuccedẽtibꝰ noctibꝰ ipꝛegnauit. ſ. vna nocte maioꝛẽ: ⁊ ſequenti nocte minoꝛẽ vt p3 Gen. 19. c. ⁊ vtraq3 v̊go erat. qõ adhuc maioꝛẽ difficultatẽ ingerebat. ¶ Rõ diuerſitatis iter virũ et vxoꝛẽ eſt: qꝛ vir eſt emittẽs: ⁊ femina recipiẽ3. ¶ Tertia rõ ſ3 Aug. eſt ꝙ pluralitas viroꝝ ad eandẽ vxoꝛẽ repugnat ſacro mťimonij. na3 mťimoniũ eſt magnũ ſacꝛm iter xpm et eccleſiã: vt ait Apl's ad Ephe. 6. in hᷓ ãt ſacro vir. i. xp̃s vnicꝰ eſt. vxoꝛ tñ. i. eccl'ia l3 vna ſit in ſe tota: quodãmõ tñ multiplex eſt: ⁊ nõ ſolu3 in diuerſis tpibꝰ vt eccl'ia ⁊ ſynagoga ſed ẽt in eodẽ tpe vt diſtinguit Aug. ſ. q̃druplex eccl'ia. vt eccl'ia ↄtẽplatiuoꝝ ſignata ꝑ rachelẽ: eccleſia actiuoꝝ ſignata ꝑ liã. eccl'ia ↄtẽplatiuoꝝ mercẽnarioꝝ ſignata ꝑ balã ancillã rachelis: eccleſiã actiuoꝛu3 mercẽnarioꝝ ſignata ꝑ zelphã ancillã lie. ¶ Hec ãt rõ aliq̃lr q̃tu3 ad nos ↄuincit. q̃tũ ad ſtatũ politicũ inter gẽtiles vel ſaracenos aut iudeos iter quos nõ curatur de ſignificatiõe ſacᷓi nulla eſt. ¶ Quarta rõ ſm ip3 eſt qꝛ ꝙ vna vxoꝛ hẽat plures viro3 repugnat paci iconomice. vir aũt ⁊ vxoꝛ: nõ ſolũ accipiunť q̃tũ ad cõicationẽ nãle3 que eſt ꝑꝑ ſil'e tertiũ derelinquere vt ait Ph'3 in. 1. politi. c. 1. qõ pncipale eſt. ſed ẽt ꝑꝑ cõione3 iconomicã q̃ eſt ad ↄſeruationẽ idiuidui vt declarat Ariſt. 1. et. 2. c. pmi poli. pax aũt iconomica ↄſiſtit in bona habitudĩe rectoꝛis iconomici ad ſubditos. rectoꝛ aũt eſt vir: ſubditi ſũt vxoꝛ ⁊ filij ⁊ ſerui. ſi aũt ponerenť plures viri eiuſdẽ vxoꝛis eẽnt pl'es rectoꝛes eq̃les eiuſde3 domꝰ. qõ nec rõ nec nã patiť: qꝛ ois ptãs ↄſoꝛtẽ recuſat. ſic. n. ait Lucanꝰ. 1. lib. d̃ bello iulij ceſaris ⁊ põpei.

193 Loth duas filia3 grauidauit duabus noctibꝰ ſibi ſuccedẽtibꝰ.

194 Rõ diuerſitatis in viro ⁊ vxoꝛe. 3. rõ.

195 Eccl'ia q̃druplex ab augu. poſita.

190 Cõtra mulierẽ q̃ pluribꝰ cõmiſceť crebꝛo qꝛ nõ poteſt concipere.

191 Mulier a duobus viris grauidari poteſt.

192 Cãe due ꝑꝑ q̃s mulier a duobꝰ viris põt ↄcipere ⁊ grauidari.

Mĺier a duobꝰ viris grauidata

4. rõ.

196 Uxoꝛes hꝛe pl'es viros repugnat paci iconomice.

197 Iconomica pax ↄſiſtit i bona habitudie rectoꝛis iconomici ad ſubditos.

Ptãs recuſat cõſoꝛtem.

Nulla fides regni ſocijs: omniſq3 poteſtas
Impatiens conſoꝛtis erit: nec gentibus vllis
Credite. ne longe fatoꝛum exempla petantur.
Fraterno pꝛimi: manduere ſanguine muri.

¶ Idem vult ſtatius in thebaide. ſ.

Summo dulcius vnum
Stare loco: comes ſocijs diſcoꝛdia regni.

¶ Jtẽ cũ iſti viri regãt domũ: ⁊ iſti viri multa capita hẽant: neče erit aioꝝ ↄſeq diuerſitatẽ. ⁊ ſic iterdũ ↄ̃ꝛia mãdarẽt. ex quo nečio lis ſequereť ⁊ deſtructio iconomica: ⁊ ↄñter totiꝰ politice: cũ in q̃l3 iconomica ſil'e fieret ſi cuilibet vxoꝛi ꝑmitteretur ꝙ hrẽt multos viros. ¶ Jtẽ repugnabat hᷓ ex ꝑte ſubditoꝝ: qꝛ cũ diuerſi viri diuerſa fieri iperarẽt: vxoꝛ aut filij vel ſui neſcirent cui obedirẽt. ⁊ tũc ſeq̃reť illud qõ dicit ſaluatoꝛ Mat. 6. c. nemo põt duobꝰ dñis ſeruire: aut vnũ odio hẽbit: ⁊ aliũ diliget. aut vnũ ſuſtinebit: ⁊ aliũ ↄtẽnet. ¶ Jte3 qꝛ ſic exñte nõ ꝓcurarenť bona iconomica: cũ vnꝰ rectoꝛ iconomie mãdaret vnũ: ⁊ aliꝰ aliud. nõ g̊ decet ſic eẽ: ſ3 ſic ſič eſt oꝛdo nãe: qꝛ regimẽ nãe eſt optimũ. S3 nã h3 vnũ pncipẽ. g̃ in iconomia erit vnꝰ pnceps. ſic. n. dič Ariſ. 12. meta. mala eſt pluralitas pncipũ: bonꝰ ẽ g̊ vnus pnceps. ¶ Jſta iconueniẽtia nõ ſequenť ſi vnu3 vir plures vxoꝛes hẽat: qꝛ vxoꝛ nõ dñať ſ3 ſubdita eſt. ſic p3. 1. Coꝛin. 11. et. 1. ad Timo. 2. c. mulierẽ ãt docere nõ ꝑmitto: nec dñari i virũ. datis g̊ pluribꝰ vxoꝛibꝰ eidẽ viro nõ dãť pl'es rectoꝛe3 eiuſdẽ iconomie ſ3 vnꝰ: ſ3 danť multi ſubiecti ad quos nõ ſeq̃ť turbatio. nã datis multis ſubiectis: nõ danť multa pncipia agẽdi: nec mouẽdi. qꝛ ſubditus ſm ꝙ hmõi non h3 in ſe pncipiũ ſui motus: ſed mouetur a pꝛelato vel rectoꝛe. datis autem pluribꝰ rectoꝛibus dantur plura pncipia agendi: ⁊ ſic ſequitur turbato iconomie. ¶ Preter has rõnes hti Aug. pñt eſſe alie. ⁊ ſit pma ꝙ eidem viro iterdu3 bona eſt pluralitas vxoꝛũ: vt ſi foꝛte ex vna gignere non põt: ꝙ gignat ex multis. ſicut abꝛaam fecit: quia deus pꝛomiſerat ei ſeminis multiplicationẽ: ⁊ quia videbat ꝙ non potuiſſet gignere ex ſara cum multo tpe gñationi opera3 dediſſet: ex conſilio ⁊ pcibus ſare accepit aliam vxoꝛẽ. ſ. agar: ⁊ ex illa genuit vt p3 Gen. 16. ca. ¶ Scda quia ſi eidem femine darenť plures viri: dato ꝙ iſta femina gigneret cu3 iſti viri ad ea3 accederent qñ vellent: raro daretur ꝙ cognoſcerenť pꝛoles. ¶ Hoc autem eſt magnũ icõueniẽs: quia patres valde deſiderãt cognoſcere filios ſuos. ſole enim tũc matres filios cognoſcerẽt. viri autem nõ: qõ erat tollere quãdã magnã delectationẽ. hᷓ aũt nõ ſeq̃tur datis multis vxoꝛibꝰ eidẽ viro: qꝛ tunc q̃l3 mť cog̃ſceret filiũ ſuũ: ⁊ vir cognoſceret oẽs natos ab illis vxoꝛibꝰ eſſe filios ſuos. ¶ Tertia ratio qꝛ pluralitas viroꝛum eidẽ mulieri repugnat intẽtioni nature: ⁊ rectitudini finis ↄ̃ſtinati a ratione. natura enim ⁊ recta ratio volũt matrimoniũ ad pꝛolem. Sed vna vxoꝛ ex vno viro gignere ſufficienter põt. ergo ſi ponereť alius: ille non eſſet ad gignendũ: ſed ad deturpandũ ⁊ obſtandum generationi. ſatis enim notu3 eſt ꝙ ſi vna vxoꝛ ſimul plures viros vellet: ꝙ non ad gignendũ ſed ad explenda3 libidinem faceret. iſte aute3 finis deoꝛdinatus eſt: ⁊ male ꝓſtitutus. ¶ Eundẽ autẽ virũ plures habere vxoꝛes: bene ſtat: nõ ad libidinẽ ſed ad ꝓlẽ: qꝛ ad libidinẽ vna ei ſufficit: ad ꝓlẽ ãt ñ ſuffič: qꝛ poſtq̃3 vna ↄcepit: vſq3 ad

198 Uiroꝝ pl'itas reſpectu vniꝰ vxoꝛis eẽt dſtructio iconomice ⁊ politice. 5. rõ.

199 Pꝛincipiũ pl'itas mala ẽ: bonꝰ ẽ g̊ vnus pnceps.

200 Subditꝰ ſm ꝙ ſubditꝰ ñ h3 in ſe pncipiũ ſui motꝰ ſ3 moueť a plato

6. rõ.

201 Uiro plerunq3 vtilis ẽ vxoꝝ pl'itas vt ſi ex vna nõ põt gignere: gignat ex alia.

7. rõ.

202 Uiroꝝ pl'itas reſpectu vniꝰ vxoris cãt icertitudinẽ ꝓlis qõ dãnũ eſt ⁊ viro ⁊ ꝓli.

De pl'itate viroꝝ 8. rõ.

203 Uir vnꝰ ſufficit vni vxoꝛi ad generatione3 ꝓlis qõ ẽ finis mťimonij. pl'itas vo obſtat gñatiõi.

204 Uiroꝝ pl'itas eẽ nequit niſi ꝓpter libidinẽ ex

…daꝫ: vxoꝝ ꝺo … ſatiationē m… …tādā cū libi … poſſit expleri … ſua vxore.

nouē vel decē menſes: cōcipere iteꝝ nō pōt. Pōt aūt
vnus vir in eodē āno multos filios ex diuerſis vxori
bus procreare: ſic refert Frāciſcus petrarcha de quo-
dam rege in libro de proſpera fortuna qui. 600. filios
genuit. neceſſe autē erat de iſto ꝙ in quolibet āno. 20.
vel. 30. filios gigneret. ¶ Quarta ratio q: pluralitas

205 … …tas viroꝝ ipe … pacē politicā … …onomicā.

iſta viroꝝ repugnat paci politice ⁊ iconomice. nā ſi plu
res viri eidem vxori eſſent cōtingeret oēs ſimul ab ea
dem vxore debituꝫ petere. ſed quia non poterat ſimul
cuilibet reddere: ſequeret magna diſcordia inter vi-
ros ⁊ vulneratio. ſic enim in duobꝰ tauris aut in alijs

206 … amabile q̄ … magis cogno… tanto magis … …at.

brutis contendētibus ſuper eadē femella ſit interdum
mors ⁊ dura vulneratio. fortius auteꝫ amor iſte viris
infigitur q: cognoſcūt: qδ aūt cognoſcit magis amat:
beſtie aūt nō cognoſcūt ſic. Q: autē amor in hominibꝰ
tam viris q̄ feminis fortis ſit nimiū pꝫ: q: nullus eniꝫ

207

labor magnus videtur amanti: ignes non timet: niues
ſpernit: gladijs ſe opponit: oiaq; pericula ſibi grata re

…or i hoibꝰ for… …ſima ē paſſio. …amore hippo… …⁊ phedre. …lchra dicta … …ce d amore.

putat: dum tamen conſequatur amatuꝫ vt ait Seneca
tragedia. 4. cuius nomen hippolytus. in actu. 2. in car-
mine. 2. cum phedra amore flagrans: hippolytuꝫ allo-
quens introducitur dicens.
Me vel ſororem hippolyte vel famulam voca.
Famulamq; potius omne ſeruitium feram:
Non me per altas ire ſi iubeas niues:
Pigeat gelatis ingredi pindi iugis.
Non ſi per ignes ire ⁊ infeſta agmina:
Cuncter paratis enſibus pectus dare.
Mandata recipe: ſceptra me famulā accipe.
Sinu receptā ſupplicē: ac ſeruā regē: miſerere vidue.

…e amore or… …phei.

Orpheus etiam qui cetera ſuis cantibus ſuperauerat
amorem fortem ſuperare non potuit: ſed quo poten-
tius oia terre inferniq; mōſtra placaret fortius in eo
recudeſcebat amor: vt ait Seneca in tragedia. 1. cuius
nomen eſt hercules furens. in carmine. 4. quod incipit.

…ctū boetij de … …more.

Immites potuit flectere cātibus vmbrarū dños ⁊ vo
to ſimplici. ¶ De hoc etiaꝫ boetius de cōſola. lib. 3. me
tro vltimo. ſ. felix qui potuit fontē viſere lucidū. tanta
eniꝫ amoris viuacitas ⁊ vulnerādi ptās eſt: vt nō inin
ria eū antiqua gentilitas ſagittas ⁊ ardētes faces ha-
bere dixerit vt ait Iſidorus ethimo. lib. 8. vbi agit de
dijs gentiū. ¶ De hoc etiā ſeneca tragedia. 4. que di-
citur hippolytus Carmine. 3. c. ſ.

…ulchra dcā de … …more.

Diua non miti generata ponto:
Quā vocat matrem geminus cupido.
Nulla pax iſti puero per orbem:
Spargit effuſas agilis ſagittas.
Tela q; certo iaculatur arcu.
Non habet lataꝫ data plaga frontem.
Nouit hos eſtus iuuenum feroces:
Concitat flammas ſenibuſq; feſſis.
Solus. n. amor eſt q viros fortes emollit: dura queqꝫ
ꝯfringit. ⁊ nō imerito: q: fortis eſt vt mors dilectio: ⁊

De amore her-
culis.

dura vt infernꝰ emulatio. lāpades eiꝰ lāpades ignis: aq̄
multe nō poterūt extiguē eā: nec flumia obruēt illā vt
pꝫ Cāti. 8. c. ¶ Satis. n. hꝫ pꝫ in hercule: q cū oia terra-

208
Hercules domi-
…to oiuꝫ mōſtro-
…ꝝ domitꝰ eſt ab
amore ioles filie
regis ethbolie q̄
…q; vſq; ad filare
…duxit.

ruꝫ inferoꝝ monſtra indomitis illis viribꝰ domuiſſet:
ſolo amore ioles filie regis ethbolie ſuperatꝰ ad ancilla
ria miniſteria deductus eſt: ita vt ad p̄ceptum eius fe-
mineam veſtem induerit. ¶ De hoc ouidius in lib. epi
ſtolarū. in epl'a deianire ad herculē: que incipit.
